dendo res humidas. Scdo q̄ sunt facilis digōnis. Tertio q̄ sunt in quātitate qua bñ digerant. nam q̄n sentiret cibus corrūpi in stomacho ꝺz subito vomere: t nullo mō retinere: q̄ si ℞ nō est ei possibile dormiat t quiescat bñ cooptus donec sentiat stomachū vacuū: t tūc p̄misso clisteri lenitiuo sumat cibū. Quarta ꝓditio est q̄ nō sumat scōm cibū nisi digesto p̄mo. Quinto q̄ nō sumat in tāta quātitate q̄ nō sentiat in stōcho granitatē neq; eructuationes. Ultimo q̄ sunt tante quātitatis t talis qualitatis q̄ sufficiant ad ipsum nutriendum.

¶ Potus aūt eius ꝺz esse vinū albū clarꝫ medie vinositatis p̄mixtū aliqualiter cū aqua cocta: t poter sufficiēter: caueat tñ a superfluitate: vina vo grossa t nigra t turbida t mustum: non tamen purificatum: t vina multum potētia dimittat penitus.

¶ Debet dormire in camera tēperati aeris: t sufficit sibi somnus ser horarꝫ cū dimidia in die nāti: t melius est q̄ dormiat in nocte incipiēdo ad minus duabus horis post cenā: t dormiat sup altero laterū bñ coopertus.

¶ Opꝫ q̄ studeat in faciendo vomitū: t bonū esset bis in mēse pro nūc comedendo p̄ius bonas carnes pingues t recētes t bene salitas: t ferculuꝫ pinguez bibendo vinū dulce: t postq̄ comederit festinanter t gulose t multum biberit bibat. ʒ.iij. oxymellis simplicis cū ʒ.iij. aque tepide: t postea imponat pēnam in guttur: t faciat q̄ vomat oīno t exgsite: quo facto lauet sibi facie: t os cū aqua frigida: t pauco aceto: t bonū esset q̄ interim dū vomit haberet fasciatos oculos suppositis duob⁹ pilis mollib⁹ de bombice: t post vomitū nō comedat neq; bibat nisi habeat fortē famē. Et de isto vomitu singulaꝫ faciat ꝓsideratōes: q̄ est de meliozib⁹ reb⁹: t si nō posset vomere faciat bullire semen raffani aut radicē cū sufficiēti aqua: t postea colet t ipositio pauco çuccharo vl melle bibat post cibū: t postea vomat: t istū modū vomēdi obseruet vsq; p totū mēsez Septēbris p̄rimi futuri: t q̄n comedit post vomitū comedat pullū nō magnū assatū: t pparatum cū aliquo sapore sibi delectabili: t nō multū comedat neq; multū bibat: t nō opꝫ illo sero aliter cenare.

¶ Et q̄ nō ꝺz bñficiū vēteris faciliter in diebus in q̄b⁹ nō vomit ꝺz comedere ferculꝫ de spinachys in p̄ncipio vl de brodys caulib⁹ vel de vnicis vl comedere extremitates lupullorꝫ: t bibere brodiū eorꝫ vl. M. i. volubilis magne coctū cū bono brodio: aut si hec nō sufficiant capiat ante cibū. ʒ. ʒ. pulpe cassie vel. ʒ. i. diapruns non solutiuꝫ: vel deglutiat q̄tritatē auellane cū cortice de terbentina: aut faciat clistere si pōt. Sꝫ pillulas in q̄bus ponit aloes debet euitare nisi sit ibi bdellium.

¶ Caueat a tristitia ira nimia cogitatione t dolore: t a veneris quātum pōt. Et hoc de regimine.

Quantum ad medicialia ꝺz in vere purgari hoc modo. ſ. in p̄ncipio Maij: p̄mo capiat hūc ſy. octo vicib⁹. ℞. oxymellis ſq̄llitici: ſy. ō bissantys mellis rosati colati. añ. ʒ. v. aq̄ bugloſſe. ʒ. iij. clarificent t aromatiçent cū pauco cinamomo: t est pro vna vice: sumat calidus in diluculo: t supdormiat. ¶ Sumpto ſy. octo vicib⁹: capiat hāc medicinā. ℞. polipodij epithimi. añ. ʒ. i. lapidis armeni loti ℈m ante Mdeſue in caplo. p̄po ʒ. ſ. mirabolanoꝝ kebuloꝝ t idoꝝ. añ. gra. xxix. sticados ʒ. ij. t ℈. i. ofiçiant pillule cuꝫ oxymelle: t denᵗ et de eis ʒ. i. ſ. vna hora ante diē: t statim post ipsas potet lib. ſ. aq̄ lactis caprini. ¶ Et omni mense vel saltē oibus. xl. diebus purget semel cū dictis pillulis addendo in quātitate vel minuēdo ℈m q̄ ex prima vice p̄ceperit esse oppotunū: t sumant cū custodia debita: t p̄mittēdo lauatiuꝫ cum aqua ordei t çuccbari ante prandiuꝫ per horam aut cum alia medicina descriptis.

¶ In tpib⁹ aūt intermediꝫ sumat oī mane in p̄n⁹ auroze ieiuno stōcho. ʒ. iij. bui⁹ trifere: t si pōt supdormiat. ℞. mirabolanoꝝ kebuloꝝ indoꝝ t belliricoꝝ. añ. ʒ. i. ℈bimi optimi. ʒ. ij. pulueris ierepigre. ʒ. ſ. ꝓfice cū melle emblicoꝝ. i. cū melle cocto t despumato t decoctiōe emblicoꝝ: t si vō p cū vsu istius trifere nimis fluaret vēter: sumat minorē q̄titatē pro vice: t si tederet euꝫ ista capere cōtinue dimittat pro aliq⁹ die⁹: t faciat clisteria si nō ꝺz bñficiū vēteris. ¶ Et ad hāc intentōez euacuādi ꝓueniunt masticatoria ex mastice t stapbisagria.

¶ Et si cōtingeret q̄ dicta trifera abbozreret: pōt bibere loco eius in mane aquā lactis caprini circa. ʒ. viij. in qua bullierit paꝝ. ʒ. ſ. epithimi vl paꝝ minus: t postea colet t dulcozet cū çuccharo t bibat tepida in mane. ¶ Et ad eandē intentiōez ꝓfert bibere circa lib. i. de brodio galli vetusti decrepiti cocti cū sale indo t polipodio t byssopo t blitis t cardamomi. ¶ Item. ℞. foliculoꝝ sene lib. v. musti albi dulcis lib. cc. infundat sene in p̄dicto musto: t ibi remaneat p tres mēses: t post tres mēses bibat in mane in auroza circa lib. ſ. p̄dicti vini cū. ʒ. ij. aque bugloſſe.

¶ Et q̄ illā lapido saꝝ dispōnez q̄uenit sibi oi septimana semel bibere. ʒ. v. aq̄ distillatōis paritarie: aut aq̄ distillationis floꝝ geneſtre: aut cōedere seniel in. xx. dieb⁹. xxx. nucleos p̄sicoꝝ mūdatos a cortice suo: aut bibere. ʒ. i. floruꝫ sambuci siccoꝝ cū. ʒ. ij. vini albi subtilis: attēdēdo q̄ ad hāc rez plurimū ꝓfert vsus vomit⁹ t rez tenificatiuꝫ ventrē t solutiuaꝝ t regiminis suprascripti.

¶ Sꝫ pro illo stupoze nō ꝺz nimis violēta localia tētare: q̄n vt est dcm in p̄n⁹ putāduꝫ est cām ee melioraꝫ: t facile aduriri: ſꝫ debēt apponi mollificātia t subtiliātia aperiētia. sic est inunctio cū oleo de keiri: aut cū oleo ō. liliꝝ al. aut cū pingnedie anatis: aut ad plus cū oleo vulpio t pingnedie vulpis: t sit balnea vel lotiōes ad man⁹ t pedes debēt fieri p̄seuerāter: t longo tpe cū decoctione anbeti: aut melliloti: aut altee: aut fenugre. aut se. lini: aut catuli pinguis inuenis: aut cum decoctione vulpis caliditate actuali nō excedēte modū: t ista fiāt. ſ. vnctōes: t alia localia ō mane ieiuno stōcho: t pro stupoze hic q̄tū ad vīa regimē vite: t euacuatōes supradicte cū istis p̄ticularib⁹ debent sufficere saltem ad illud adintroiū q̄ pōt facere medicina nō ponēdo ipsum in periculo.

¶ Pro hemoꝛroidib⁹: factis purgatōib⁹ videaᵗ postea si vene exuberāt: t tūc oportēt p̄mo flobothomare saluatellā ō manu dextra ꝑ vtutis ꝓstātia: t iterpositis ꝺieb⁹ flobothomare sapbenā: deide vngere locū cū oleo de se. lini p. viij. ꝺies ꝓnter cū oleo ō chrysomillis p alios. viij. ꝺies. Oō si nō sufficit t nō vī meliozatio iungaᵗ cū oleo cōi in cui⁹ vna libra cocti fuerit. xxx. scarabei vsq; ad cōsumptōez tertie ptis: t ꝑ p. viij. vel. x. ꝺies. Oz si ista non sufficiāt recipiaᵗ aq̄ qua diuidiᵗ auꝝ ab argēto t ponaᵗ in vase vitreo grosso: t fiāt petie de syndone de grana ꝑ q̄titatē t figurā hemoꝛroide illi⁹ quā intēdūt destruere: t itingaᵗ in dicta aq̄: t bñ postea exeutiaᵗ capiēdo cum molliculis: t supponaᵗ hemoꝛroidi q̄ intēdūt ꝓsumere: t ibi stricte liget vt nō moueat: t sequēti die supponaᵗ butyꝝ ad remouēdā crustā: t ita fiat ex iterualiis q̄usq; ꝓsumaᵗ totū: ſꝫ caueanᵗ caustica in illis hemoꝛroidib⁹ q̄ sūt vsus iterioza: t postq̄ ꝓsupta ē caro sufficiēter ponaᵗ ꝓsolidātia: ita tñ vt vna dimittaᵗ apta vel caustica.

¶ Illa emigranea nō vī trahere multū ad se curā: q̄ nō durat nisi durāte passiōe stōchi: t iō nō curo multū in ea laborare: ſꝫ tñ cū supuenerit cū granitate stōchi p̄mo vomat p̄misso clisteri: deinde si hec nō sufficiant purget in crastinū cū pillis indis vel cū pillis supraſcriptis: que su-

Digitized by Google

munē loco medicine ꝓncipalis. Et q̄ vī mihi ꝙ in isto viro oībus cōpēsatis nō debem⁹ fortiora facere dimitto illa q̄ sūt efficaciora ꝓp suo⁊ nocumēto⁊ timore sperās in altissimo ꝙ medicinalr ista sufficiunt.

¶ De illis vo suis vlcerib⁹ pedum ⁊ manuū nihil scribo: qm̄ puto ꝙ ꝑ mūdificātia ⁊ exiccātia sufficiēter curabū tur: ⁊ ipse bz ea ꝑ ꝑsilio sui chirurgici. Et hec sufficiūt cē.

¶ De oppilatione totius epatis. Consiliuꝫ. LVI.

ISte nobilis virpariē oppilatōes in epate nō solum quo ad cōcanū: ſz ēt in gibbo: ⁊ nō obstāte ꝙ pluria ps humo⁊ hoc faciētiū sit frigida qō appet q⁊ durauerūt plurib⁹ ⁊ plurib⁹ mēsib⁹: tn̄ in epate est mala cōplexio calida qō cognoscīt: q⁊ sepe sentit inflāmationez in regione epatis: ⁊ vrine sunt citrine: ⁊ in ore ex reb⁹ a ſtōcho ascēdentib⁹ ꝓcipit sepe amaritudinem: ⁊ qn̄ vtebat medicinis calidis ꝓp ſtōchū sentiebat inflāmatōes in ſtōcho: ⁊ q⁊ nō obstāte ꝙ diu nō fuit bū dispositus: tn̄ bz rubedinē in facie: ⁊ vltra hoc pruritum in toto corpe valde mordicatiuū. ¶ Et iō ponā hic regimen obseruādum in cura istius dispōnis: ⁊ postea vsum rez medicinaliū: ⁊ deus sit dator auxilij.

¶ ꝓo dispositōe aeris bz habitare camerā inter duo solaria: cuius aer nō sit nimis calidus: imo tempamēto vicin⁹: ⁊ ita nō nimis humidus: ⁊ caueat sibi ꝙ in camera sue habitationis nō sint vapores latrinaꝫ vel puluis rerus valde calefaciētiū sicut calix ⁊ vitriolus viride eris ⁊ cineres: ⁊ similia: ⁊ vniuersaliter rez putridaꝫ: imo potius habeat ibi redolēria: ⁊ nō multuꝫ calida sicut poma ⁊ cortices citri ⁊ keiri.

¶ Adhibeat diligentiā ꝙ omni die habeat beneficiū vētris: ⁊ si natura nō rūdet ꝓo isto tpe veris res melior eēt comedere ferculuꝫ de extremitatib⁹ lupulli bibēdo bꝛodiū siue sint cocte cū carnib⁹ siue cū oleo: ⁊ aliq̄ in esta te fercula de extremitatib⁹ volubilis magne: ⁊ si nō bibet ista faciat clisteria cōia: aut ante cibū sumat quātitatem cicerum de aloe: aut in tpe estatis sumat in mane ʒ. iij. syrupi violati facti cuꝫ trina infusione violaꝫ: iuxta dictum Mesue: aut cum infusione rosaruꝫ: sumendo ʒ. iij. de ea de qua dicam infra.

¶ In cibis suis opꝫ bīe maiorē diligentiā: qm̄ ꝑp māꝫ calidā q̄ quotidie mīplic⁊: ⁊ ꝓp oppilatōes q̄ ꝓo magna ꝑte pendent ab humorib⁹ frigidis hic sunt ꝙuncte intentiones ōꝛ: ⁊ sunt eligēdi tempati in cōplexione vel temperamēto vicini generatiui subtilis ⁊ boni sanguinis ad quādaꝫ friditatē leuē declinātis: ⁊ iō cū suis carnib⁹ vel ouis vel alijs cibis bītib⁹ aliq̄d calidiatis opꝫ cōmiscē aliqua frigida: que tn̄ sint aperitiua: ⁊ cauēduꝫ est ab oībus acut⁊ ⁊ salitis ⁊ grossis ⁊ viscosis. ¶ Descēdēdo igit ad spāliaꝫ oꝫ comedere panē sufficiēter fermētatū: ⁊ multum bn̄ coctū factū ex farina frumenti minuti: ⁊ habeat aliq̄d cōmixtū de suo minuto furfure: ⁊ si ad oēs decem libras paste ponerē ʒ. y. masticis eēt melⁱ⁹: ⁊ comedaē remoto ꝑmo coctice post refrigeratōes vsq̄ ad quartam diē. Et oīno caueatur a pane açimo vel non bene cocto.

¶ Carnes q̄bus bꝫ vti debēt ee subtiles nō viscose ⁊ cocte cū aperitiuis in frigidātib⁹ sicut sunt semina melonuꝫ ⁊ cucurbite ⁊ citrulli que aliqualr pistēt ⁊ ligentur in petia alba: ⁊ ponant ad bulliēduꝫ cū dictis carnib⁹: aut coquere de lactucis: aut de endiuia in eisdē carnib⁹: aut de scariola: ⁊ debent esse carnes: aut paruaꝫ aliū nō aquaticaꝫ: aut pdicuꝫ: aut pullo⁊: aut capreto⁊: aut vitulo⁊ lactētiū ⁊ paruo⁊: ſz carnes porco⁊ ꝑp suā viscositatē: ⁊ carnes agno⁊ ⁊ castrato⁊ ꝑp multas superfluitates: ⁊ carnes magno⁊ boū ꝑp suā grossitiē: ⁊ pipionū ⁊ anse⁊ ⁊ anatū ꝑp grossitiē ⁊ caliditatē simul sunt dimittēda: ⁊ alie carnes aquatica⁊ aliū sunt mali nutrimēti: ⁊ dimittant interiora ⁊ capita ⁊ colla: ⁊ meliores sunt ptes anteriores dextri lateris ei si sint recētia: ⁊ gallina⁊ ⁊ paruꝫ cocta sine albumine: ⁊ maxime si cū eis ponat aliq̄d frigiduꝫ aperitiuū: sicut pa⁊ aceti in bꝛodetto vel in fricitto valde molli. ¶ De granis pauca sunt sibi ꝙuenientia ꝓpter grossitiē nutrimēti eo⁊: ſz tn̄ tolerat far ꝙditū cū lacte seminū cōiuꝫ: ⁊ ptisana ordei: ſz victualia de pasta frumēti sicut lagane ⁊ pastilli ⁊ silia: ⁊ legumia ⁊ riçum melius est ꝙ dimittant: ꝓsset tn̄ bꝛodiū cicer albo⁊ si coquat cū seminib⁹ fridis assumi: ⁊ silr robilie. ¶ De herbis cōueniunt ei lactuca: scariola: endiuia: cicorea: cicerbita: plantago: bozago: buglossa: scabiosa: spinachia: ⁊ melius esset ꝙ comederentur cocte: sed caules ⁊ eruca ⁊ berbe amare: ⁊ valde acute dimittātur. ¶ De radicib⁹ cōuenit radix endiuie ⁊ radix cicoree ⁊ raffani dimittant: pasti nacha vo syluestris ⁊ domestica ⁊ carotū tolerant si non comedant in nimia quātitate: radices vo petroselini et cōueniunt si coquant cuꝫ herbis fridis: sicut spinachia ⁊ endiuia ⁊ lactuca. ¶ De fructib⁹ melius est humidos dimittere: ſz tn̄ pauca quātitas ceraso⁊ ante cibū tolerāt: sed medulla cucumeris ⁊ medulla citruli ⁊ aliq̄d de melonib⁹ est ꝙueniēs nō supabūdando in quātitate ⁊ citrāguli ⁊ lymones ⁊ granata muça in tāta quātitate ꝙ dent sapore sunt ꝙuenientes: persica vo ⁊ pira ⁊ poma ⁊ chrysomilla ⁊ dactyli ⁊ citonia dimittant penit⁹: passule tn̄ non dulces sed acetose vel stiptice dimittant. ¶ Acrumina sicut allia ⁊ porri ⁊ spes cepa⊼ dimittant. ¶ De fructibus siccis ꝙueniūt amigdale ⁊ quellane ⁊ fistici: ſz dimittant castanee ⁊ ficus ⁊ passule dulces: ⁊ oia vehementer dulcia. ¶ De teneritatib⁹ plantaꝫ ꝙueniūt sparagi ⁊ lupulli: vt est dictū supra. ¶ De floꝛib⁹ cappares bñ mundificati a sale cū aceto ⁊ pauco oleo tolerant.

¶ Summa tn̄ regimis cibi est in pane ꝓdicto ⁊ carnib⁹ capreto⁊ ⁊ pullo⁊ ⁊ pdicū ⁊ fasiano⁊ iuueniuꝫ ⁊ paruaꝫ aliū nō aquaticaꝫ: ⁊ vitulo⁊ lactentiū puo⁊: ⁊ pōt tolerari castrato⁊ annaliuꝫ: ⁊ vitellis ouo⁊ ⁊ piscibus puis recentib⁹ ⁊ squamosis ⁊ boni odoris: ⁊ ferculis ex rebus supradictis dimittantur alia.

¶ Potus bꝫ esse vinū albū clar⁊ subtile ⁊ nō multum stipticū: sed aquosuꝫ pauce vinositatis: ⁊ si esset potēti⁹ temperet cū aqua pluuiali vel de flumine: ⁊ nō multū bibat in tempore prādy: sed pōt bibere qn̄ sentit se cōplete digessisse si molestatur a siti: ⁊ dimittat oīno vina dulcia ⁊ grossa ⁊ multum nigra.

¶ Dum est in bac dispositione nullo modo moueaē motu fortiꝫ post comestionē: neq; fricaē: neq; ingrediaē loca vehementer calida: sed ieiuno stomacho exerceaē exercitio leui nō inflāmante sed longo.

¶ Somnus eius sit incipiēdo duabus horis post cibum de nocte cena precedēte leui sup latere sinistro nō super dextro: capite bñ eleuato: corpore bene coopto: ⁊ sufficit ꝙ dormiat in die naturali inter sex ⁊ septem horis.

¶ Caueat ab acidia ⁊ ira nimia cogitatiōe: ⁊ vtaē temperato gaudio. Et hec de regimine.

Veniendo ad medicinalia oꝫ primo digerere māꝫ mixtum ex cholera ⁊ flegmate: cholc

Digitized by Google

ra.f.grossa. Capiat ꝯ hic syrupꝰ q est sollēnis. Rx. endiuie cicoree epatice lupulloꝝ fumi terre.añ.ʒ.i.ordei.ʒ.y.liguritie alkekengi capilloꝝ veneris recentiū cuscute eupatorij diantdos.añ.ʒ.vi.decoquant in aqua sufficienti lento igne:postea colent:ꝛ addat aque quarta pars eiꝰ de aceto albo:ꝛ coquat lento igne vsq; ad pfectōēs syrupi cum lib.i.cuccari albi.ꝛ interis dū coquit teneat in eo in pecia renbarbari optimi.ʒ.ʒ.spice.ℨ.iiy. contritoꝝ grosso mō vsq; ad bozā pfecte decoctōis:ꝛ de ℔ syrupo sumat in auroza.ʒ.y.pro vice cū.ʒ.y.aque emulsionis seminum cōiuʒ frido calidas:ꝛ sumat.viij.vicibus. ¶ Sumpto syrupo sumat hanc medicinā. Rx. aque endiuie.ʒ.iiy.aq̄ alkekengi.ʒ.i. reubarbari electi.ʒ.ʒ.spice.ʒ.i. calefiat aq̄ ꝛ infundat reubarbaꝝ in ea cū spica p octo bozas:postea colet ꝛ poteꝛ in mane:ꝛ supdormiat per mediā bozam. ¶ Facta hac purgatōe vtat postea ex iteruallis.ſ.semel in septimana istis pillis. Rx. pillaꝝ de renbarbaro descripti℘is Mesue.ʒ.i. succi violaꝝ aut succi rosaꝝ si violaruʒ nō inuenit ꝯtū sufficit ad incorpozādum spēs:fiant pillule:ꝛ sumat.ʒ.i.pro vice in diluculo:ꝛ sint sine custodia aliqua. ¶ Itē mane oi qñ nō sumit aliā medicinā sumat vnū bonū coclear de isto elario. Rx. radicuʒ cicoree lib.i.berbe iue lib.i.ʒ.ofice cū cuccharo rubeo dispumato incisis radicibus coctis ꝛ pistata herba iua ficca fiat eliuʒ:sumat circa.ʒ.i. pro vice ieiuno stōcho tribꝰ bozis ante cibū:pōt ēt minus pro vice sumere. ¶ In tpe autez valde calido fic in estate si in mane magis cupit bibere ꝯ comedere bibat aque endiuie aq̄ celidonie aque cicoree.añ.ʒ.i.ʒ.pro vice:ꝙ si magis toleꝛat comedere sumat de hac mixtura. Rx. spēꝝ triuʒ sandaloꝝ.ʒ.ʒ.spēꝝ diarodon abaris:ꝛ spēꝝ rosate nouelle descriptione Nicolai. añ.ʒ.y.ofice cū cuccharo despumato:ꝛ sumat.ʒ.ʒ.pro vice supbibendo aligd de aqua endiuie.

¶ Dic est vnus potus quo opoꝛteret vti in estate loco pilulaꝝ. Rx. aque lib.xv.rosaꝝ rubeaꝝ exungulataꝝ lib.v. infundant rose in dicta aq̄ p tres dies:postea extrahant ꝛ exprimant ꝛ infrigidant. Itē alie gnque lib.rosaꝝ rubeaꝝ:ꝛ dimittant p tres dies in eadez aqua: ꝛ filt ēt fiat tertia vice:postea exprimat:ꝛ ponat aqua in vase terreo vitreato cum oze stricto capiente tantū ꝛ mediū:ꝛ addatur cuccari lib.vy.ʒ. ꝛ ponatur in coto ad solem p.xxx. dies ꝛ cooperiatur:ꝛ postea reseruetur ꝛ sumantur.ʒ.iij. pro vice bis in septimana.

¶ Pro nūc facta pma purgatōe vadat ad stuffam ieiuno stōcho:ibi balneet se puo tpe:ꝛ postea faciat poni ventosas vsq; ad.xy. vel plures faciēdo fieri scarificationes paꝝ pfundas:ꝛ postea lauet se in aqua:ꝛ recedat statiʒ a stuffa. ¶ Itē post hāc vētositatē oi mane qñ surgit durā te scabie lauent crura ꝛ coxe ꝛ bꝛacchia cū decoctōe blete:ꝛ gruminis seu lapacie acute:ꝛ inungat in sero qñ vadit dormitū cū isto vnguēto. Rx. olei rosaꝝ succi apij succi ruebe vitelloꝝ oui terbentine.añ.ʒ.i. vitrioli romani ꝛ aluminis.añ.ʒ.ʒ.ʒ.storacis ligde.ʒ.i.ʒ.cere paꝝ: ꝛ fac vnguēto molle:inungat in sero iuxta ignē qñ vadit dormitum in locis vbi est scabies.

¶ Et si pdcā dimitteret ꝛ vellet vti alia:pscrtis post pnᵐ May bonū esset ꝙ sumēt oi mane de sero capno.ʒ.viij. ꝙ vice in qbꝰ ifunderet ō sero seis cuscute absinthy.añ. ʒ.y. ꝛ bibat calidū: aut pōt ēt sumere ōcoctōez capilloꝝ veneris ꝛ cuscute ꝛ adiāthos.añ.ʒ.y.lib.i.aq̄ vsq; ad medietatis ꝙmptōez:ꝛ dulcoꝛet cū cuccharo ꝙ vna vice.

¶ Deinde si ꝙsideret durities illa q̄ appet circa epar per supradictaꝝ reꝝ remouet vel remanet:ꝛ si aligd remanet hīc ad vnū mēsez in mane ieiuno stōcho ꝑ faciat hāc fomētatiōē cum spongia lata:ꝛ longa ꝯtitate panis in dextro latere imediate iuxta costas:ꝛ fit ℔ mō. Rx. aque endiuie aq̄ cicoree aq̄ scolopendrie aq̄ lupulloꝝ.añ.lib.i. absinthy signāti cuscute melliloti.añ.ʒ.i. bulliāt sil lento igne ꝙ octauā bozeꝛ postea infundat spōgia supradicta in hac decoctōe ꝛ exprimat ꝛ ponat sup loco dicto epatis:ꝛ ℔ fiat ter vl quater:postea abstergat statiʒ:ꝛ inungat cum isto vnguēto. Rx. olei violati.ʒ.i.ʒ.olei de amigdalis amaris:ꝛ olei de keuri.añ.ʒ.ʒ.aceti.ʒ.y.cere albe: signāti: spody.añ.ʒ.i.ꝛ fiat vnguētuʒ quo inungat. Oꝛ si vsq; ad pnᵐ May videret pseuerari illa durities sumat hūc syrupuʒ. Rx. cicoree endiuie sylueſtris mentbe.añ.M.i.roſaꝝ rubeaꝝ:calami aromatici signanti:cuscute:lacce.añ. ʒ.ʒ.decoquant in lib.y.aq̄ vsq; ad lib.i.ꝛ tunc addat acetꝰ.ʒ.iy.cuccbari lib.ʒ.fiat syrupꝰ ꝛ aromatiçet cū cortice molli fisticoꝝ ꝛ spica nardi. ¶ Et sup loco ponat bꝰ cerorū. Rx. empli ō melliloto.ʒ.i.pinguedinis galline: succi endiuie:aceti.añ.ʒ.y.bulliant simul ad ignē quousq; babeat formā ceroti:ꝛ illud teneat sup epar.

¶ Itē hoc tpe sumat in mane dialacce.ʒ.i.ʒ.cū.ʒ.iiy.aque endiuie:ꝛ ista puto sufficere cū auxilio dei.

¶ De debilitate digestiue stomachi epatis ꝛ intestinoꝝ ꝛ mala cōplexione frigida ꝛ bumida facta pp fluxum sanguinis ab hemoꝛroidibus. Consilium. LVII.

NObilis ꝛ egregius vir Joānes aluuisi de Placētia ex longo ꝛ supfluo fluxu sanguis hemoꝛroidalis icidit malā cōplexionē frigidā ꝛ humidaʒ in toto:ꝛ pcipue in stōcho ꝛ epate ꝛ in intestinis:ꝛ iō factus est fine coloze ꝛ in termio caçesie vix ambulare poterat qn citissime ueniret ad difficultatē anbelitꝰ: ꝛ male digerebat cibos:ꝛ granabat post assumptū cibū valde: ꝛ stetꝛat in hac dispōne plus ꝯ vno anno. Nūc aūt cū auxilio dei ꝛ debito regimine est reductꝰ ad dispōnē sibi pfuetā vel ꝯ si in sanitate:ꝛ ideo petit ꝓsiliū in pseruatiōe:ꝛ hoc faciā adiuuante deo:incipiēdo a regimine.

¶ Incipiēdo ab aere dꝫ habitare in aere claro tēdēte ad siccitatē cū leui caliditate:ꝛ iō dꝫ hīe camerā si pōt aptā ad orientē vt aer rectificet in mane a sole:ꝛ si minꝰ aptā ad septētrionē:ꝛ calefiat cū igne si fuerit opportunū:ꝛ ta ueat habitare in locis būidis sic in terreno ꝛ in locis nō bñtibꝰ euētatōez:ꝛ caueat a frigoze foeti extremitatū.

¶ In suis cibis regula necia est ꝙ sumat nō multum pro vice:ſ illud qō sumit sit multi nutrimēti ꝛ facilis digonis:ꝛ ad minꝰ comedat bis in die:ꝛ cibi eiꝰ debēt eē sicut dicā infra. ¶ Panis suus bñ fermētatus:bñ coctus:bñs aligd de sale:ꝛ mūdus a cortice duro exteriozi:ꝛ iter primaʒ ꝛ quartā diē:ꝛ nō se multū impleat ex pane: ꝛ sit ex optimo frumēto qō nō habuit putrefactōez aliquā: ꝛ babeat aligd furfuris minuti cōmixtum. ¶ Carnes vo sue sint carnes pullozꝝ: aut pdicuʒ: aut fasianoꝝ iuuenū: aut pipionū volare incipiētiū: vel turturū: vel puaꝝ auiū: vl capreti: vel vituli pui lactentiuʒ: vel castrati annualis de monte: vel caprioli pui: vel lepusculi: aut sylueſtris porci iuuenilis caro rubea:ꝛ reliqs carnes dimittat nec comedat piguedinē:ſ de piguibꝰ aialibꝰ ptē macrā:ꝛ ex latere dextro in pte anteriozi:ꝛ dimittat collū ꝛ caput ꝛ interiora:ꝛ sint in hyeme tpibꝰ fridis mozue duabꝰ diebꝰ aī: ꝛ pp debilitatē sue digestiue potiꝰ elixe ꝯ assc. ¶ De piscibꝰ meliꝰ eēt nō cōedere: ſ si cōedant sint pui boni odoris ꝓditi cū sale ꝛ pipe bñtes squamas ō libo mari: vl de fluuio bñte fūdū sine ceno putrido. ¶ De ouis ꝓueniūt vitelli ouoꝝ gallinaꝝ recētiū ꝛ nō multū cocti: sine coquant cū aq̄ sine i sartagie cū oleo ꝛ pauciſſimo aceto sive ꝑ fer culis cū aligbꝰ herbis odoriferis. Case ꝛ lac meliꝰ est ꝙ dimittant oio: ꝙ si comedunt sumat valde paꝝ ex eis.

Digitized by Google

¶ Legumia fungi fructus crudi humidi herbe ⁊ radices dimittende sunt: ⁊ silr victualia de pasta: ⁊ si vult faciat fercula cū vitellis ouoꝝ vel cū mica panis: ⁊ aliqñ cū bo ragine ⁊ spinachys ⁊ bugloſſa: ⁊ apponēdo feniculuꝫ mē thaꝫ ⁊ anhetū vel hyſſopū ⁊ thimū. Sꝫ fercula cū caſeo nullo mō ſibi ꝓuenīūt: tolerant̄ ō ordeo cū pipe: ⁊ ō riço ⁊ de milio vl̄ de farre ſi coquant̄ in carnib⁹ pinguib⁹ bo nis: ⁊ ꝓdiant̄ cū aromatib⁹: ⁊ aliqñ rape nouelle ⁊ brā co cte cū carnibus bonis pñt tolerari in pua q̄ntitate: caules vo ⁊ blete dimittant̄. ¶ Et ex fructib⁹ ſiccis pōt capere ficus ſiccas pingues añ cibū: ⁊ paſſulas ſine arillis: ⁊ gra na pini magna infuſa pri⁹ in aqua calida ꝑ horā: ⁊ poſtea exiccata: ⁊ poſt cibū amigdale ⁊ auellane: ſꝫ ꝓfecte cum çucchar o: ⁊ pōt tolerari pirū coctū: aut citoniū cocnum in bono vino ſi ꝓdiant̄ cū aniſo aut ſe. feniculi.

¶ Sparagi nō ſunt vtiles: ſꝫ loco eoꝝ ſumant̄ lupulli ex tremitatis eoꝝ. ſ. elixe ⁊ comeſte cū ſua decoctiōe: aut ſu mant̄ cappares cū vino cocto ⁊ pauciſſimo acero.

¶ Potus eius ſit vinū rubeū claꝝ ſubtile medie vinoſita tis puꝝ: ⁊ bibat̄ paꝝ in prādio ⁊ in cena ⁊ illud parū ſoꝛ bendo: ⁊ paulatim q̄ ſi vehemētia ſitis eū moleſtauerit expectet quouſq; cib⁹ ſit digeſtus: ⁊ tūc pōt bibere vſq; ad. ʒ. iiij. vina aūt aceroſa vitet oīo: vino aūt veteri poſſe ti pōt aliqñ vti paꝝ ante cibū cū aliqua ꝓfectiōe de illis quas nominabimus.

¶ Diligēter attēdat ad bñdus bñficiū vētris: ⁊ ſi a nā nō iuuat̄ bonū eſt ex iteruallis facere cliſteria: in qb⁹ oībus ponēda ſunt olea carminatiua: ⁊ decoctiones aniſi ⁊ ſeīs anheti ⁊ carui: aut cimini vel teuiſtici ⁊ ſiliū: ⁊ poſtea addat̄ pulpa caſſie ⁊ ſal ⁊ oleū: aut anheti: aut rutbe. con uenientius tñ iuxta me eēt cliſtere b mō. ℞. rutbe anhe ti. añ. M. i. ſeīs anheti ⁊ aniſoꝝ ⁊ carui. añ. ʒ. ij. ꝓtūdant groſſo mō: ⁊ bulliāt cū lib. iij. aq̄. ⁊. ʒ. ix. olei vſq; ad tot⁹ aque ꝓſumptōes: ⁊ colet̄ ⁊ cū oleo fiat cliſtere. Conuenit ſi cū decoctōe ſupradicta ponat̄. ʒ. i. ierepigre cū. ʒ. ſ. ele ctuary de baccis lauri. ⁊. ʒ. ij. ſalis. ⁊. ʒ. iij. olei anhetini.

¶ Somn⁹ ei⁹ ds eē in nocte: ⁊ icipere ꝑmo ſup dextro la tere: deide vertere ſup ſiniſtrū: ⁊ capite bñ eleuato: ⁊ coꝛ poze bñ coopto: ⁊ bñdo puluinar ex bonis plumis iuxta ſtōchū: ⁊ ds durare ad min⁹ ſeptē horis in die nāli: ⁊ ſi b pōt facere in nocte meli⁹ eſt de mane ante cibuꝫ q̄ poſt prādiuꝫ: ⁊ ſi poſt prādiuꝫ nō ſit ſtatim poſt cibū.

¶ Laueat ſibi a triſtitia ⁊ nimia cogitatiōe: ⁊ ab vſu mu lierum quātum eſt ei poſſibile.

¶ Debet vti exercitio ante cibū incipiēdo a leuiori ⁊ pau latim tranſeūdo ad fortius quouſq; ſentiat ſe calefieri: ⁊ anhelitū manifeſte mutari: ita paulatiꝫ aſſuefaciēdo vt poſſit cō ſuefieri ad exercitia: ⁊ ꝑcipue faciat hoc in aere libero vt in rure nec negligat: qm̄ eſt radix ſue ſanitatis. Et hec ſufficiant de regimine.

Quantū ad vſum medicinaꝝ: qz ꝓ iſto anno eſt multis vicib⁹ ⁊ ſufficiēter purgat⁹ non vī mihi q̄ opoꝛteat eū cape purgatiōes fortē vſq; ad antū nuꝫ: ⁊ fortaſſis vt eſt viſile poſt illud tps erit ita reduct⁹ q̄ nō indigebit niſi regimīe coꝛpoꝝ ſanoꝝ abūdantiū in humiditate cū leuiſſima declinatōe ad frigus: ⁊ ideo ꝓ tunc circa mediū Octobris ꝑmo capiat hūc ſyrupū. ℞. oxymellis cōpoſiti: ⁊ ſyrupi de eupatorio: ⁊ mellis roſati colati. añ. ʒ. ſ. deē in vice vna cū. ʒ. iij. decoctōis aniſoꝝ: ⁊ feniculi liquiritie: ⁊ dauci: ⁊ ſumat hūc ſyrupū ſex vicib⁹ calidū in aurora. ¶ Sumpto ſyrupo purgeē cū diacitro niten ſolutiuo: cui⁹ deſcriptionē ponā infra: ⁊ ſumat ō eo doſim integrā quā ibi ponā: ⁊ obſeruet regimē obſeruan dum in aſſumptōe medicinaꝝ ſolutiuaꝝ: ⁊ ſequenti die ieiuno ſtōcho ſumat aureū. i. de tyriaca optima cum. ʒ. i. vini odoꝛiferi: ⁊ recipiat vnum leue cliſtere abſterſiuū.

¶ In b tpe intermedio paulatiꝫ dimittat ꝓſuetudinē me dicinaꝝ niſi ſentiret ſe grauari: ⁊ nō ſufficere abſtinētia: tunc. n. ſumat vna boza ante diē. ʒ. i. pillaꝝ ſtomatichaꝝ deſcriptōe Meſue: ſed nō ſentiēdo grauitatē: adhuc lau do q̄ binc ad vnū menſez ſumat ſemel. ʒ. i pillaꝝ ō iera de octo reb⁹: aut alefanginaꝝ: ⁊ ſumat in mane trib⁹ bo ris ante cibū ⁊ ſine mutatōe diete. ⁊ in tpe eſtatis non ſu mat ſoluriua. ¶ Aduenīēte medio Septēbris ſi hemoꝛ roide nullo mō ſibi aperirent̄ opꝫ q̄ prēmēdo ſe poſtq̄ egeſſit: ⁊ anus eſt inuerſat⁹ fricet illa oꝛificia venaꝝ he moꝛroidaliū cū ſolys ficus: aut inungat cū lacte ficus ro tiens q̄ aperiant̄ ⁊ in plurib⁹ vicib⁹ ſi egreditur ſanguis niger ꝑmittat euacuari quouſq; videat eē rubeū illuꝫ q egredit̄: ⁊ tūc ſi ꝓſtringit̄ ꝑ ſe bñ eſt: ſi aūt nō: faciat epi thimari locū bombice infuſa in vino rubeo decoctionis myrtillo ⁊ gallaꝝ: q̄ ſi illō nō ſufficit diſtēpet in dicto vino de puluere trociſcoꝝ de karabe ita q̄ ſit ad modū vnguēti currentis ⁊ in illo madefaciat bombicē: ⁊ ponat in ano quouſq; ꝓſtringat̄: ⁊ ſiſez regulaꝫ ſeruet in vere. naꝫ oīmoda retētio iſtius ſanguinis eſſet ſibi periculoſa.

¶ In tpib⁹ aūt frigidis bis in menſe ds capere de tyria ca mō ſupius dicto ſeptē horis añ cibū: ⁊ cū vino ſubtili.

¶ Et non ſolum iſto anno: ſed oī anno in vere de menſe Marty vtile eſt ſibi facere purgatiōē ſumēdo ſyrupuꝫ ſupraſcripti ſex vicib⁹: ⁊ poſtea ſolutiuū ſupraſcriptuꝫ.

¶ Et ex interuallis q̄ſi ſentiret ſe grauatū ſine ſanguis multitudine cape de pillulis de iera modo ſupraſcripto.

¶ Optimū tñ eēt ei in tali caſu abſtinere ⁊ dormire: aut leuiſſime ambulare longo tpe ieiuno ſtomacho ſi dozmi re nō poſſet. ¶ Et qz eſt bonus comeſtoꝛ ds ſemel in ſe ptimana dimittere cenam aut bis: excepto tpe eſtatis in quo ſufficit ſibi dimittere mediatē cene.

¶ Et ſi caſus accideret q̄ alia vice fluxus hemoꝛroidarū ſupflueret: ita q̄ emitteret ſanguinē rubeū ⁊ ſentiret ge nua debilitari: ⁊ nō ſufficeret ſibi remedia ſupradicta eo caſu nō expectet q̄ fiat diſcoloꝛat⁹: imo ſumat in māe oī die. ʒ. y. trifere minoꝛis ex arte feuonis deſcripta a Me ſue in antidotario: aut tantūdez de elario de Rozia ferri poſito a Raſi q̄ almaſoꝛis i ca⁹ de fluxu hemoꝛroidaꝝ.

¶ Confectōes aūt ſibi ꝓpites qñ ſentiret ſtōchū debilitari ſunt añ cibuꝫ in tpe eſtatis diarodon abatis. ¶ In tē poꝛib⁹ mediocrib⁹ aromaticū roſatum deſcriptione Ha bzielis: aut diacinamomū: aut elariuꝫ letificās Almaſo ris: de qb⁹ ſufficiūt. ʒ. i. ſ. ꝓ o vice in introitu cibi: ⁊ in tpe hyemis aromaticū gariofilatū diacalamētū diaolibanū diatrionpipereon ſimplex q̄cūq; boꝛ fuerit ſumat̄ de eo añ cibū q̄titas ſupradicta. ¶ Et poſt cibuꝫ diacito nitē cū melle ⁊ aromatib⁹: quo pōt vti omni tpe excepta eſtate. ¶ Aromata aūt qb⁹ ds vti in tpib⁹ fridis ſunt hꝫ. ℞. pipis lōgi: pipis albi. añ. ʒ. i. galange. ʒ. ſ. cardamomi: cinamomi: croci. añ. ʒ. y. fiat puluis ꝓ vtēdo i fercuſis.

¶ In tpib⁹ vo nō fridis ꝓueniūt iſte. ℞. cinamomi ele cti. ʒ. y. macis cardamomi. añ. ʒ. y. croci. ʒ. i. fiant ſpecies.

¶ Deſcriptio diacitonitē ſoluitiui. ℞. ſucci citonioꝝ lib. iij. mellis albi optimi bñ diſpumati lib. y. turbith electi. ʒ. iij. diagridy. ʒ. iij. gallie muſcate: gariofiloꝝ: çinçiberis: maſticis: pipis longi: cinamomi: nucis muſcate. añ. ʒ. iij. confice oīa ſimul: ⁊ eſt ꝓ o. liij. medicinis integris: ita q̄ vna illaꝝ eſt doſis integra: ⁊ erit circa. ʒ. i.

¶ Puto aūt ipſuꝫ debere quātum pōt vacare regimini ⁊ paulatiꝫ ſe remouere ab vſu medicinaꝝ: niſi cogat neceſ ſitas: ⁊ bñ bēat mēti illud qō eſt dictū ſibi q̄ ds facere ſi hemoꝛroide nō apiūt̄. Et qd ds facere ſi nimis fluerēt: qz illa ꝓſideratio nō eſt ab eo quoquo modo dimittēda.

Digitized by Google

¶ Et ꝫ plurimis alijs rebus ſim vſus in eius ſanatiõe: qz deo duce nõ eſt in diſpoſitione illa: nec puto ꝙ ſuperueniat ſi ſeruauerit regimen dictuꝫ: ideo reliqua dimitto: z hec ſufficiant cum laude creatoris.

¶ De aſclyre z tympanite cũ febre. Conſiliũ. LVIII.

EGregius hic iuuenis Regin⁹ poſt duas vices q̃bus paſſus eſt febres puenit ad vẽtris tumo: ẽ pter nãm: g cũ agitaꝫ reddit aliq̃ ſonũ aque cõmote. Crura tĩ z pedes bꝫ ſicciores cõſueto q̃ tumidos: z carnoſitatẽ vẽtris ſatis ſpiſſaꝫ: z in virtute motiua nõ eſt multum debilitatus: mediocriter appetit nec grauaꝫ ſumpto mediocri cibo: z mediocriter egerit: pzz vrinaꝫ vrine ſunt rubee cũ citrinitate: ſitis maior q̃ in fanitate: color min⁹ rubicũdus q̃ ꝓfecuit in ſanitate: nõ tĩ citrinus: nõ tĩ ſentit in oze amaritudinẽ nec vomitum bꝫ cholericũ nec notabiĺ febrit: nec ꝑ tactũ põt pci pi duricies in ſplene vel epate: nec patiĺ pſeueranter doꝛores in renib⁹ vel circa vmbilicũ. ¶ Jn iſto tĩ anno dũ erat ſanus: z in medio duaꝝ febriũ ſtãdo in ſole: z exercitio calido ſepe bibebat multã aquã frigidã: q̃ꝫ puraz: q̃ꝫ malo vino mixtã: z multũ ꝓ vice: z multis vicib⁹ in die: z vſus fuit regimĩe groſſo z oppilatiuo. ¶ Ex gb⁹ itelligiĺ ꝙ eſt in ꝓncipio bydropiſis aſclytis ꝓueniẽtis a ꝓpria leſione epatis ex mala cõplexione cum mã mixta ex calida z frigida: vincẽre tĩ frida: z oppilãte z ꝓbibẽte debite trãſire choleꝛã ad chiſtim fellis.

¶ Oz ſi in cõcauo epatis nõ ſit apoſtema duꝛ ad qõ tact⁹ ptingere nõ põt: ſigna videnť bõe ſpei. ¶ Ego tĩ nõ ſuꝛ ſecarus de duritie epatis in cõcauo: maxime qz cũ iacet ſup latere ſiniſtro magno tpe: grauať in dextro: z opꝫ eũ cõuerti ad iacẽdu ſup dextro ſuſtentãdo epar cũ manu ſiniſtra: ex quo ſitu alleuiatur. hec tĩ quãtitas grauitatis poſſet cẽ ꝑ oppilatiões abſq; apoſtemate. hec tĩ ambiguitas nõ variabit multũ curam.

¶ Sit aer ſue habitationis paꝛ calidus z ſiccus z odoꝛiferus: z tõ habitet in ſolari in camera verſus oꝛiẽs apta. Et qñ tẽpus eſt ſerenũ abſq; vẽto apiant feneſtre: ita vt ingrediať ſol. Cũ aũt tps eſt nebuloſuꝫ pluvioſuꝫ z vẽto ſũ n ſint feneſtre clauſe: tpe frigido fiat in ea ignis ex lignis ſiccis z odoꝛiferis q̃tuꝫ eſt poſſibile: ſicut ex lignis iuniperi. z ponaňť in camera citonia: z alia poma odoꝛifera: z cortices citri vt inde bonus ſequať odoꝛ.

¶ Panis ſit ex optima farina frumẽti bene mundi anni ſui. Et ſi eſſet ex farina ordei eſſet melioꝛ. Et ſit bene fermẽtat⁹: z ſi eẽt biſcoct⁹ eẽt melioꝛ. Et ad oẽs tres libꝛas panis ponaňť z.ij. ſalis: ſemis fen.ʒ.ij. z bẽat aliqd ỏ furfure: z nõ comedať calidus neq; durus: z comedať parũ de pane. ¶ Ex carnib⁹ ꝓueniũt aues: vt alaude turdi turtures mediocriter pigues ficedule z cetere aues in arboꝛib⁹ z pratis degẽtes. Ex quadrupedib⁹ conuenit capꝛiolus: lepus aũt nõ ꝓuenit. Ex domeſticis ꝓueniũt hedi vituli lactentes: capones: pulli: pui: alaude aũt maxime ſup alia laudanť: z magis ſi extrahanť interioza eaꝝ z ventres ipleať petroſelino z aſſenť. cetere aũt carnes dimittantur: z he carnes ſint potius aſſe q̃ elixe: aut in patella friꝛe: ant ſup pumis cocte. Piſces nõ ꝓueniũt: ſed min⁹ nociui ſant pui petroſi ſquamoſi: z ſint aſſi: ceteri aũt piſces oino dimittanť. Caſeũ aialiuꝫ interioza z ſanguinez dimittat. epatis tĩ gallinaꝝ aſſis vti põt: lacte ỏ vti põt ſm ꝙ infra diceť: nõ ꝓ cibis. ¶ Derbe ꝓueniẽtes ſunt endiuia boꝛzulana cicoꝛea blitis mẽtha maioꝛana oꝛiganum calamentũ pulegiuꝫ byſſopus thimus abꝛotanum praſſiũ ſaluia apiũ petroſelinũ. maxime tĩ laudať mentha ſtrũ. Ex quo põt fieri ſalatuciũ cũ ſale z parũper aceti z olei amigdalaꝝ dulciũ: feniculus ẽt ꝓuenit. Et ex oĩbus iſtis põt ẽt faccre ſalatuciũ ſicut oꝛ de mentha ſtro: z pñt cũ eis ꝑdiri carnes vel ouа faciẽdo berbatã: z põt ex eis fieri ſalſa qua põt vti: maxie ſi in ea ponať de pipere: reliquas vo berbas fugiat. ¶ Ex fructib⁹ ꝓueniẽtes ſũt pbiſtici pinee mũdate infuſe in aqua calida: poſtea excicate: amigõ. auellane: z maxie ſi aſſenť: z granata dulcia gb⁹ põt vti poſt cibũ: z q̃uis cã appetit⁹ qñq; concedať paꝛ vue z paſſulaꝝ z piroꝝ z pomoꝝ coctoꝝ: melius eſt tñ hec dimittere: niſi ꝙ citonia cocta poſt cibũ nõ ita deteſtanť. Reliqui dimittanť: z paꝛ de dictis comedatur.

¶ Ex radicib⁹ ꝓueniũt ei rape z pozri faciẽdo ex eis ferculuꝫ cũ bꝛodio caponis: cõuenit ẽt alliũ radix apy feniculi z petroſelini: z radix cicoꝛee: z dauci ſiue caroti. alie vo radices nõ ꝓueniũt. vitenť lẽgumĩa oĩa: z oĩa victualia de paſta: bꝛodiuꝫ tĩ cicerũ põt comedi.

¶ Potus eius ſit vinũ albũ ant; quũ claꝛ porẽs odoꝛiferum: z bibať puꝛ: aut parũper mixtũ cũ aqua extinctõis chalibis: cetera aũt vina fugiat: z aquã ẽt fugiat nedũ bibendo: ſ ẽt in abluciõe coꝛpis. lauet g̃ man⁹ ſuas cũ vino albo: aut aqua marina: z nõ poteť iter cibũ z cibũ: imo ẽt paꝛ in cibo: z ſurgat a menſa cũ reliquijs famis.

¶ Prouideat q̃ oĩ die habeat bñficiũ vẽtris: z ſi nõ nãlr fiat bꝫ cliſtere. ℞. decoctionis anliſoꝝ feniculi camomille bletis: ſeminis apy lib. i. ierepigre bñdicte. añ. ʒ.vj. olei anetini. ʒ.iij. ſalis qõ ſufficit fiat cliſtere.

¶ Somn⁹ eius ſit ſex boꝛaꝝ vel ſeptẽ ad plus: z dormiat in lecto de plumis: coꝛpe bñ coopto: capite eleuato: z ſit ſomnus nocturnus z nõ diurnus: z incipiat poſt duas boras poſt cenã: z primo dormiat ſup latere dextro: deinde ſup ſiniſtro: ſomnũ aũt meridianũ fugiat.

¶ Exerceať oi mane ſtõcho ieiuno: ꝙ ſi tps eſt caliduꝫ z ſerenũ: ſit eius exercitiũ ambulatio ſup arena in ſole pedibus nudis: ꝙ ſi arena nõ eſt: ſit ꝑ viaꝫ in ſole donec bñ ſuder: poſtea ſe faciat bñ fricari cuꝫ pãnis calidis donec ſit optime terſus a ſudoꝛe. Oz ſi tps ſit frigidũ vel nebuloſuꝫ: deambulet ꝑ cameraꝫ quouſq; ſudet: poſtea fiat vt dictũ eſt: z q̃uis aliqua balnea q̃ infra dicenť ſint ei ꝓuenientia: tĩ caueat a ſtuffa z balneo aque dulcis.

¶ Fugiat iram triſtitiã z oẽm melancholiaꝫ z delectetur cũ amicis: z oĩno abſtineat a venereis.

Veniendo ad medicinalia oꝫ ꝙ nũc merito anni vtať primo digeſtiuo: ſumẽdo bũc ſyrupũ ſex vicib⁹. ℞. radicũ apy feniculi petroſelini ireos acori ſerpẽtarie minoꝛis: z ſint oẽs recẽtes. añ. ʒ.i. calamẽti betonice origani mẽthaſtri ſiſimbꝛij praſſij byſſopi camedreos camepitheos. añ. ʒ.ij. eupatoꝛij thimi aſſari frigentauree minoꝛis: abſinthij. añ. ʒ.ij. gentiane cypi ligritie radicis capparis ſemis feniculi petroſelini apy leuiſtici carui. añ. ʒ.iij. ꝓtũdanť groſſo mõ: z bulliať lẽto igne in aque lib. vi. acceti boni albi. ʒ. vi. vſq; ad medietatis cõſumptoes: poſtea colenť: z cũ melle q̃tũ ſufficit fiat ſyrũ quo ſumat. ʒ.ꝓo vice cum aqua apy z abſinthij. añ. ʒ.i. ſ. ſumať vt dõ ſex vicib⁹ in mane calidus in auroꝛa: z ſupdormiat ꝑ mediã boꝛã. ¶ Sumpto ſyrupiat hãc medicinam. ℞. reubarbari electi. ʒ.ij. ſpice. ℈.i. oxymellis cõpoſiti. ʒ.ij. diſtempera cũ decoctiõe lactuce: endiuie: z radicis feniculi. añ. ꝙtes equales: ſumať in mane vna boꝛa ante diẽ: z ſupdormiat ꝑ boꝛã z nõ comedat niſi trãſeãt ſeptem boꝛe. ¶ Et ſumpta hac medicina reuertať ad ſumẽdum ſyrupũ ꝓdictũ: z ſumat ꝑ tres dies ſolũ: z poſt ſyrupũ ſumat medicinã eodẽ mõ: z hoc fiat quatuoꝛ vicibus cum ſyrupo z medicina: ita ꝙ in. xvi. diebus ſumat quatuoꝛ vicib⁹ hãc medicinã. ¶ Oz ſi in fine boꝛ dierũ non videť venter ſufficienter euacuatus: euacuet poſtea

cũ ſucco

Digitized by Google

cum succo radicū ireos hoc mō. ℞. radicū ireos recētiū mūdatoꝝ quātitatē sufficiētē pistent ⁊ extrahat succus ⁊ ponat in ampulla vitri ⁊ pmittat facere resideātia: ⁊ de pte clara capiātur. ʒ. vi. pro ꝙ vice in diluculo absq; alia decoctione: pōt nī pmiscere aliqd de cucchuro. Et sm ꝙ videt pūi medico reiterēt ista medicina addēdo in quātitate vel diminuēdo de qnto in qntū diem: vel de sexto in sextū. Et in diebus ītermedys sumat syrupū supascripti um: ⁊ succus bibat die qua est exhibitus. ¶ Oꝛ si succus ireos nimis displicet pōt sumere de succo palme christi equalē quātitatē: ⁊ sit palma christi nascēs in mōtibus: ⁊ nō est ita displicēs sicut ireos. ¶ Oꝛ si pūi medico videtur nimis frequēs vius solutiuoꝝ pōt attēdē post vnaʒ purgatiōnē factā cum ireos: aut duas ad eūonē cū purgatione vrine ⁊ eūone cum puocatiōe sudoris: ⁊ postea redeat ad eūonē cū succo ireos: qz in eo est efficacia. ¶ Et in intermedys diebus pōt loco dicti syrupi capere qñq; ʒ. y. dialaccē in auroza cū. ʒ. i. vini subtilis albi vel. ʒ. y. dia curcume silī modo. ¶ Et oīno sup vētrem post istos vehementissimos teneat aliqd emplastroꝝ infrascriptoꝝ: ꝓcipue emplastrum de baccis lauri.

¶ Pro puocādo ergo vrinā pōt recipe istum potū. ℞. radicis cucumeris asinini. ʒ. i. bulliat in lib. i. vini albi odoriferi subtilis vsq; ad medietatis ꝓsumptionē: postea colet ⁊ det in duabus vicibus in auroza. ¶ Ad idē ʒ valet: sed est debilius vinū decoctiōis radicū calameri vel mēthastri: aut vinū infusionis marubij: aut vinū decoctiōis rozismarini. Et qz pro hac ītētione bibūt solū vinū malvaticū ⁊ comedūt carnes coctas in eodē vino. ¶ Et in ꝺ tpe quo vtiꝫ puocātibus vrinā ꝺ semp de sero duabus horis ante cenā sumere. ʒ. i. ʒ. diacurcume cuʒ vino albo subtili aut dialacce. ¶ Oꝛ si hoc tpe nō habet bñficium ventris sufficiēter faciat hȳ clistere. ℞. agarici. ʒ. y. radicuʒ cucumeris asinini. ʒ. i. cuscute mercurialis. aā. M. i. anisoꝝ feniculi. aā. ʒ. i. fac bulliri in sufficiēti aqua: postea cola ⁊ adde ierepigre bñdicte. aā. ʒ. ʃ. olei anbetini. ʒ. iy. salis. ʒ. y. fiat clistere.

¶ Sudoꝛ vō ꝺ puocari calefaciēdo furnuʒ ⁊ ponēdo in eo ebulū ⁊ matricariā: mēthastrū ⁊ calamētuʒ. Et qñ est ita calidū ꝙ possit tolerari ingrediaꝫ furnū capite remanēte exꝰ: ⁊ teneaꝫ: ita ꝙ anbelet aerem frigidū: ⁊ cuʒ sudauerit extrahaꝫ ⁊ ponaꝫ in lecto calido: ⁊ pānis bñ tegaꝫ.

¶ Et ad hāc intētionē ꝓfert stuffa cum decoctione dictarū herbaꝝ: ⁊ origani: ⁊ serpilli: ⁊ ponaꝫ in tina bñte duos fundos: ⁊ patiēs sedeat sup fundo pforato extra aquam: ita tamē ꝙ caput eius discooptuʒ: ⁊ anbelet aerem frigiduʒ. ⁊ ad hāc intētionē ꝓuenit balneari in balneis sulfureis aluminosis ⁊ aqua maris calida.

¶ Preter ista ꝓferūt empla deficatiua: sicut vbi gratia: qñ pistanꝫ ꝛchule marine cum carne ⁊ ostracho suo: aut limachie terrestres eodē mō: ⁊ applicanꝫ vētri donec cadāt de pse. ¶ Ad idē valet emplm de baccis lauri descriptū a Mes. ⁊ silr stercus vaccē siccū ⁊ tritū cū quarta parte eius de sulfure viuo: ⁊ pmixtū cuʒ oxymelle: ita vt habeat formā empli: ⁊ emplet totū corpus. ¶ Linitio valde vtilis. ℞. stercoꝛis vaccini exiccati. ʒ. y. cyperi boli armeni. aā. ʒ. y. pmisce cū aqua ⁊ aceto ⁊ extremitatū salicis ⁊ tamarisci. aā. ptes eq̄les: ⁊ liniaꝫ cuʒ ea vētrē totū: ⁊ sit calida. Et hec empla ⁊ liniciones administranꝫ ꝓueniēter qñ minorata est aqua per solutionē vētris plures factam: ⁊ ꝓcipue post balneum ⁊ stuffam.

¶ Posset dici de fricatione vētris cum cinere calido: aut cum arena maris vel fluuy: aut de appōne sacculoꝝ sup ventrē in qb⁹ ista ponanꝫ calida. ¶ Et silr posset dici de fomētatiōe vētris cuʒ spōgys infusis in aceto decoctiōis cucumeris asinini. ſ. radicis vel ebuli vel vtice ⁊ baccaruʒ lauri ⁊ hedere: ⁊ granoꝝ iunipi: verūm qñ ista apponunt calida custodienda est regio epatis. ⁊ posset inungi epar cuʒ oleo de spica ⁊ de absinthio ⁊ de mastice. ¶ Et qz de multis dixi illa que mihi videtur magis vtilia: ⁊ q̄ puto cuʒ gra dei altissimi sufficē in ista cura: ⁊ ipsa est erit venerabilis doctoris magī Haspari de Regio omitto reliq̄. ¶ Et itelligat ꝺ mō ꝙ qñ est purgatꝰ cuʒ reubarbaro ⁊ semel cū succo ireos in dieb⁹ que iterponunt iter vnā purgationeʒ ⁊ aliā omni mane ieiuno stōcho: ⁊ post emissionē supfluitatū vētris faciat apponi sacculos ex cinere calido sup ventrē fricādo per vnā horā. Et si sacculos nō vult ponere faciat fieri fomētatiōnē cum spōgys latis sm latitudinē vētris: ⁊ infusis in decoctiōe cucumeris asinini: aut radicis ebuli vel vtice vel baccaꝝ lauri vel granoꝝ iunipi: aut pluriū istoꝝ simul: ⁊ apponat spōgia ꝙnque vel sex vicibus: ita ꝙ qñ incipit ifrigidari removeat ⁊ applicet calida: ⁊ postea remota spōgia suppoꝛat vētri emplm de baccis lauri: ⁊ teneat ꝓtinue vsque quo de nouo debeāt apponi spōgie. Sꝫ in die qua sumit medicinā solutiuā nō fiāt ista. ¶ Couent ꝓ epate confoꝛtādo imediate ante prādiuʒ vti aromatico rosato descriptione ꝓxabilis: aut ꝓfectione facta ex fistitis: ⁊ cucharo: ⁊ cin. iamomo: ⁊ totius cure pluratione.

¶ De fluxu recidiuo partim ex catarro partim ex debilitate vtutis ꝓtiue stomachi. Consilium. LIX.

IJe egregius vir Bartholomeus ō Senis fuit passus plurib⁹ mēsibus fluxuʒ epaticū: ⁊ supueniēte febre puenit ad colliquationē pinguedinis tāmaʒ ꝓincta ipsi fluxui. ⁊ post illud ex motu puenit ad exoꝛiationē itestini ⁊ ꝓsequebat tussis catarralis cum sputo multi sanguinis pmixtis flegmatib⁹ cum coꝛpis extenuatione ⁊ tādez dei adiutoꝛio libatus est ab oībus per modū recidiue nō vere rediuit ad fluxū quez puto esse ptem ex catarro descēdēte parte ex debilitate ꝓtiue vtutis stomachi. ⁊ in isto fluxu qñq; apparet aliquid de coloꝛe cibi: ⁊ videtur multa flegmata cōmixta: ꝛ sine spuma. ⁊ nō egerit de nocte: sed de die incipiendo de mane ⁊ sentit leues intestinoꝝ doloꝛes ⁊ vrina nō est citrina vt solebat in ipso tēpoꝛe ꝓcedētis egritudinis in quo apparebat quasi vrina icterici. ⁊ ideo ponā ꝓsilium ꝓ cura istius fluxus cauēdo mihi ne supueniret epatis oppilatio. ne vtēdo foztibus purgationib⁹ excitaꝛē sputū sanguinis incipiēdo ab vsu rerum nō nālium.

¶ Habitet ergo in aere sicco vicino temperameto in caliditate ⁊ frigiditate. ⁊ caueat ab vtraq; extremitate in caloꝛe ⁊ frigoꝛe. ⁊ caueat ab omni vento: nec stet sub radys lune: ꝓsertim de nocte.

¶ Exerceat se parū. ⁊ melius esset ei si loco exercitij faceret fieri fricationes ad bꝛacchia: ⁊ spatulas: ⁊ nates: ⁊ coxas: ⁊ crura dimittēdo pectus caput: ⁊ vētreʒ: ⁊ hoc ieiuno stomacho. nam post cibū ꝺ quiescere in delectatiōe: ⁊ nec coꝛpoꝛe: nec aīo multum agitari.

¶ Dozmiat incipiēdo ad minus duabus hoꝛis post cibuʒ capite bñ eleuato. coꝛpoꝛe bñ coopto sup latere sinistro. Et sit somnus eius circa septē vel octo hoꝛas in nocte vl in mane ante tertias. Post prādium vō nō dozmiat nisi forte multum male dozmierit in nocte: ꝛ quies post prandium omnino sit nociua sibi.

¶ In cibis vtaꝫ pane bñ pisto bñ fermentato facto ex farina frumēti bene mūdi a furfure. ⁊ sit iter ꝓmaʒ diem ⁊ quartā nō furfuraceus: sed bñ coctus. ⁊ nō comedaꝫ calidus sicut a furno poztaꝫ. ¶ Carnes ꝓdicum pullozꝝ capretozꝝ ⁊ vitulozꝝ lactētiū paruozꝝ ⁊ turturū ⁊ auiculaꝝ

BIBLIOTECA UNIVERSIDAD CENTRAL

Digitized by Google

ꝛ caſtratoꝝ mõtanoꝝ annualiũ ſunt ſibi ꝓueniẽtes. reliquas dimittat ꝛ nõ comedat interioza: neqꝫ capita: neqꝫ multã pinguedinẽ vel ſepuꝫ: ſed macrã carnẽ aialis mediocriter pinguis in ꝓteanteriozi ꝛ dextra. Et ſi bñ digerit meliozes eẽnt aſſate. nũc aũt qz non bñ digerit ꝓcedo ſibi elixas: ꝛ reliquas carnes dimittat. ¶ Caſeus lac ꝛ pisces dimittanꝫ oino: ꝛ ouа nõ ſunt in totũ ꝓueniẽtia ꝛ ꝓſertim dura tolerari nõ ꝑñt. ¶ In ferculis vtatur milio panico ꝛ riço acetoſella rumice ſiue lappacio et acuto: ꝛ pane trito: ꝛ pót vti decoctiõe radicis petroſilini ꝛ petroſilino macedonico ꝛ feniculo. Dimittantur caules blete ſpinachie: ꝛ ſinapis: ꝛ eruca: ꝛ maſtice: poteſt vti endiuia: boꝛagine: cicoꝛea: ꝛ lactuca atqꝫ pimpinella coctis ꝛ non crudis: reliquas herbas dimittat. ¶ Et de fructibus ſumat pira citonia ante cibũ: ꝛ paſſulas cum granis ſuis: et dimittat reliqꝫ oẽs. ¶ Jteꝫ dimittat radices: ficut raffanũ: ꝛ rapas paſtinachas ꝛ ſiſia: ꝛ fungos oĩno ſparagos: ꝛ cappares: ꝛ dimittat acuta: ſicut ſemen feniculi: ꝛ piper: ꝛ ſinapis ꝛ ſiſia. ſed pót vti ſapoꝛibus citrangulis acetoſis citro lymonibus nõ ſalitis. ¶ Piſcibus pur pót vti paruis ſquamoſis de libero mari vel de fonte claro vel fluuio currẽte: ꝛ claro cuꝫ agreſta vel ſuptoꝛibus fructibus cõditis ꝛ dimittat piſces magnos ſicut timos ſturiones: ꝛ ſine ſquamis ſicut anguillas murenas ꝛ ſimiles.

¶ Bibat vinũ rubeum nõ nigrũ vel albuꝫ cum aliquali ſtipticitate: ꝛ caueat a vinis dulcib⁹ ꝛ valde acutis ꝛ potentibus. ꝛ non bibat multam quantitatem ꝛ temperẽ cum aqua fluuiali ferrata.

¶ Nunq̃ comedat nec vnq̃ ſumat quãtitatem cibi vel potus que grauet ſtomachum.

¶ Caueat a doloꝛe ira ꝛ triſtitia timoꝛe ꝛ rixa in clamoꝛibus magnis. ꝛ hoc de regimine.

Deſcẽdendo ad medicinalia videt mihi ꝙ cuꝫ pauſauit Januę gnque diebus nõ appareẽte alio ſynthomate purgeẽ capiẽdo iſtã medicinã abſq; ſyrupo. ℞. coꝛticis mirabolanoꝝ citrinoꝝ: kebulorũ: ꝛ indoꝝ: ꝛ reubarbari. aã. ʒ. i. ſpice. ℈. ſ. ꝓtundant mirabolani groſſo modo: ꝛ ponat in aqua endiuie. ℔. i. ʒ. vi. ꝛ dimittat a mane vſq; ad ſero: ꝛ in ſero bulliat ſimul leuiter poſita in petia ꝛ vtatur in ſapoꝛibus ſuis pulpa ſumach vſq; ad ꝓſumptionẽ tertie partis ꝛ in colatura ponat reubarbaꝝ ꝛ ſpica. ꝛ ſtent ibi vſq; ad vnã boꝛã ante diez: ꝛ tũc caleffiat ꝛ coleẽ ꝛ poteẽ colatura ſtatim ꝛ doꝛmiat quaſi per boꝛaꝫ: ꝛ non comedat inde ad ſex boꝛas.

¶ Facta iſta purgatiõe de vtero vtaẽ in mane in auꝛora. ʒ. i. iſtius electuary. ℞. electuary de vino deſcripti ab Aui. ℨ. 4. terty. ca. de debilitate epatis. ʒ. ij. triaſandali. ʒ. ij. miſce. ꝛ ſi eẽt nimis durũ addat ſyrupi myrtini q̃tuꝫ ſufficit ad ꝺãduꝫ formã electuary. ¶ Ante prãdium vo per boꝛã vel duas boꝛas ad purgãduꝫ caput vtaẽ maſticatione ex maſtice: ꝛ pipe: ꝛ piretro: ꝛ ſint maſticis ꝑtes due pipis ꝛ piretri. aã. ꝑtes media. aut maſticatoꝝ vtaẽ loco gargariſmate de aqua mellis cum panco pipis itus poſiti: aut caput purgio cuꝫ aqua maioꝛane tepida trahẽdo eaꝫ per nares: ita tñ vt nõ ſternuter. Interim in nocte teneat iter genam ꝛ dẽtem vnam ſpicã nardi integrã nõ multuꝫ magnã ℈m tõgitudinẽ noctis. ¶ Item inungat ſtomachus eius cum iſto vnguẽto. ℞. olei maſticini: olei de citonijs: olei myrtini. aã. ʒ. i. ſ. laudani. ʒ. ij. cere quãtũ ſufficit: fiat vnguẽtũ ꝓo ſtomacho. ¶ Jteꝫ ante prãdiuꝫ ꝛ ante cenã cum incipit comedẽ ſumat circa. ʒ. ſ. iſti⁹ electuary. ℞. de ſozbis diacitoniten cum ſuccharo ſine ſpeciebus. aã. ꝑtes equales: ꝛ miſceant in moꝛtario optime.

¶ Si hec nõ ſufficiãt coquat cum carnib⁹ ſuis ſumach poſita in petia. ꝛ vtat in ſapoꝛibus ſuis pulpa ſic ſumach diſtẽperata cuꝫ ſuccho citrãgulorꝝ ſiue aranciorꝝ. ¶ Jteꝫ ſemel ſalte in duobus diebus faciat cliſtere lauatiuũ cũ aqua oꝛdei ꝛ ſuccharo rubeo cum melle roſato colato.

¶ Ultimo recoꝛdet quãdo ceſſauerit fluxus vti ſuccharo roſato preſentis anni modo ſibi oꝛetenus dicto: cuius vſus ꝓo nũc nõ eſt multum neceſſarius. ¶ Et videt ſatis ꝓo nũc cum dei auxilio ſufficere.

¶ De vlcere in veſica. Conſilium. LX.

Este nobilis patiẽ vlcus in veſica a tribus annis citra cum mictu multe ſaniei: ꝛ videt mihi ꝙ debeat vti regimĩe ifraſcripto: ꝛ deꝰſit datoꝛ auxiliꝫ.

¶ Regimen ſex rerum nõ nãlium regre in conſilio magno facto ꝓo Magnifico domino Lozrado de Marchionibus de Carreto.

¶ Uolendo expiri ſi poſſumus bñe integrã curã ſumpta medicina ſupius ſcripta faciat oĩ mane per octo dies cliſtere cum lib. i. olei puriſſimi: ꝛ ſit de optimo qõ inueniꝛ ꝛ in capite. vꝫ. dieꝝ. ℞. olei dulciſſimi lib. v. ſ. pulueris rubei quẽ ego ſibi dabo. ʒ. viij. ſ. miſceat bñ inuicez. ꝛ diuidat in. xꝫ. ꝑtes eq̃les: ꝛ oĩ die ſumat vnã ꝑtez calidã in potu. viij. boza: ꝛ poſtea iaceat in lecto ꝛ nõ comedat nec bibat vſq; ad bozã. ʒ. vi. trã factã: ꝛ tũc ſurgat ꝛ comedat moderate de pullo vel de capto vel vitulo valde paruo elixo: ꝛ bibat aquã oꝛdei in cuiꝰ vno bocali bulliuerint. ʒ. ij. mellis bñ diſpumãdo. Et in ſero: aut nõ cener: aut ſufficiat ſibi ſumere duo ona ſozbilia cũ albumine: ꝛ cuꝫ toto: ita ꝙ boza octaua qñ ꝺ⁹ bibẽ oleũ cuꝫ puluẽ. ſtõchus ſit oino vacuus a cibo. ¶ Et ſi videt ꝙ in capite. xꝫ. dieꝝ vrina ſit facta clarioꝝ ꝛ doloꝝ minoꝝ in mingẽdo recipiat iteꝫ alys. xꝫ. dieb⁹ ſili mõ. ꝛ hoc tpe nõ laboꝛet. ꝛ qz iſte puluis cuꝫ oleo aliqñ ſtringit vẽtrẽ: ꝛ aliqñ facit fluxũ: ſi faciet fluxũ nõ curet aliud facere. ¶ Si vo ſtringeret vẽtrẽ faciat cliſtere cuꝫ lib. i. olei dulciſſimi ſine aliq̃ alia additiõe. nã ego per dei gr̃am cum hac medicina fui libaꝝ ab hac egritudine. ¶ Jtẽ ſi nõ liberaꝝ ſequaꝝ regimen tñ ſupraſcriptuꝫ ꝛ in autũno ſemel ꝛ in vere ſemel capiat medicinã ꝛ ſyrupuꝫ ſupraſcriptũ. ¶ Et ſepe ante cibũ vtaẽ iſto electuario lenitiuo circa. ʒ. ſ. vel paꝝ plus. ℞. ꝓmoꝝ numero qn̄ginta: ſebeſten iuiubarũ. aã. numero. xꝫ. tamarindoꝝ. ʒ. iij. ſene. polipody. carthami. aã. ʒ. ſ. mirabolanoꝝ citrinoꝝ. ʒ. i. ſeminis malue. ſemis altee. paſſularuꝫ. aã. ʒ. i. ſ. pſilij. ʒ. i. ſ. fac bulliri oĩa in lib. vi. aque vſq; ad medietatis ꝓſumptionem lento igne. poſtea oĩa fricenẽ manib⁹: ꝛ coleẽ: ꝛ bñ exꝑmaẽ: ꝛ in colatura ponaẽ violaꝝ q̃tũ cape pót: ꝛ fiat ꝙ ſtet calida abſq; ablutione ſex boꝛis. poſtea iteꝫ coleẽ ꝛ exꝑmaẽ: ꝛ addaẽ pulpe caſſie recentis ꝛ bone lib. i. ſyrupi violati facti ſm deſcriptionẽ Meſ. cum trina infuſione violaꝝ. ʒ. vi. lactis. ſeminis papaueris albi. medulle ſeminũ cõium frigidoꝝ bñ piſtate. aã. ʒ. iij. miſceaẽ bene ꝛ reducaẽ oĩa ad ignem: ꝛ bulliat quouſq; habeat formaꝫ electuary: et reſeruet in vaſe vitreato bene obturato.

¶ Et qz aliqñ ſupueniũt doloꝛes foꝛtes in his tpib⁹ vtaẽ cliſteryꝫ oĩ die bis factis cũ lib. i. olei ꝓo vice. aut factis cum decoctiõe radicũ malnauiſci ꝛ pauco oleo ꝛ vno vitello oui abſq; ſale. ¶ De mane vo in tpe boꝛ doloꝛum ꝓo duob⁹ vel trib⁹ dieb⁹ ꝓo mitigatiõe boꝛ doloꝝ pót ſumere. ʒ. iij. bui⁹ ſyrupi ꝓo vice. ℞. folioꝝ lactuce cicoꝛee. endiuie. mercurialis. aã. M. i. capitũ papaueris mediocris q̃ntitatis numero. xꝫ. opꝫ pondus granoꝝ qua tuoꝝ oꝛdei. violarũ. granoꝝ alkekengi. aã. ʒ. i. infundatur oĩa iſta ꝓuſa groſſo modo in aque calide lib. iij. ꝛ ita maneant tribus diebus. poſtea bulliãt lẽto igne vſq; ad medietatis cõ ſumptionem: coleẽ ꝛ exꝑimaẽ ꝛ colature ad

datur

Digitized by Google

daſ̄ çucchari.lib.i.⁊ fiat ſyrupus ſufficiēter coct⁹. Et qñ daſ̄ in potu diſtēpeſ̄ cuꝫ equali q̄titate ifuſionis ⁊ emulſionis ſemis papaueris albi. ℭ Et ſi dolor tā fortis eſſet q̄ hic ſyrupus nō ſufficeret ſumanſ̄ de manu. ℨ.iiij.troſciſcoꝝ alkekengi deſcriptiōe Meſ.in gb⁹ponit opium. aut recipiat.ʒ.ſ.buius electuary. ℞.ſeminū cōium frigidozum mūdatoꝝ.ʒ.iij.granoꝝ alkekengi.ʒ.iij.troſciſcoꝝ alkekengi.ʒ.iij.ſyrupi de papauere lib.i.ſ.⁊ pōt ſumere ſecure vſq; ad.ʒ.i.⁊ qñ ſumit aliq̄ dē iſtis medicaminibus ſicut ſyru.vel troſciſcos:aut electuariū in quo ponit opiū ſumat ieiuno ſtomacho.⁊ poſt illud ieiunet̄ gnque horis:⁊ nō ſumaſ̄ niſi ꝓpter neceſſitatem neq; ſumaſ̄ nimis frequēter.⁊ vtaſ̄ clyſterys ſupradictis. ℭ Itē in tpe in quo dolores non ſunt ita fortes vtaſ̄ ſepiſſime multa ligritia:ita q̄ habeat ſemp de ea in ore.⁊ bibat de mane aut.ʒ.iij.aque diſtillatōis granoꝝ alkekengi.aut tātūdē aque diſtillatiōis caude equine:aut ſumat de mane ieiuno ſtomacho.ʒ.iij.aut.iiij.lactis caprini recenter extracti ab vbere cum.ʒ.ij.mellis:aut çucchari.

ℭ De vlcere in vys vrine. Conſilium. LXI.

Spectabilis dña Thadea poſt partū cōpleti fer⁹ 6ª die abortiuit:⁊ cū parū mūdificaret̄ mēſtruis ſecutū eſt apoſtema magnū in muſculis ventris ei⁹:⁊ fracta ⁊ apta magna exitura ceſſauit febris:ſ; ſpa incidit vrine multū ex renū calefactōe cū ardore:⁊ factū eſt vlcus in vys vrine:⁊ pp dolores cō mota mā facta eſt febris incipiēs hora.xxj.cū leui frigore ſequēte:⁊ nō forti caloze.⁊ poſt in nocte hora 6ª ſupuenit frigus fortius:⁊ ſecut⁹ eſt calor itēſio⁊ vrina eſt reſtricta:dolor in mictu eſt remiſſior cō ſuero:ſanies que mingit̄ in vice vna eſt cōiter ad q̄titatez fabe alba ⁊ eq̄lis ⁊ iam q̄tuor mēſib⁹ ꝓteritis nō eſt mēſtruata:⁊ male ſe hz ad oblatōes ⁊ peius ad medicinas. ℭ Laſus in hac ſuba ſcriptū habeo a ſolleni doctore. Mihi tñ dubium remanet q̄les febres fuerūt ante apoſtema vēris.z⁹ cuiuſmodi febres ſunt ille que ſunt excitate pp anguſtiā mingendi.ʒ⁹ ſi putat pñs doctor alicui⁹ ſpālis mēbri vt capitl vel eparis vel ſtōchi diſpōnē eē in cā aggregādi mās horuꝫ morboꝝ:vel ſolū q̄ in venis tori⁹ aggregate fuerūt māe tpe p̄gnatiōis:vel poſt partū. ℭ Audio tñ ab vno famulo q̄ hec Dña de 4ª in 4ª affligitur magis in medys tū tpib⁹ nō mūdificaſ̄.⁊ ideo ſcribā diſtinct⁹ pro cura vlceris dimittēdo in diſcretiōe venerabilis medici aſſiſtētis ſiqua eēnt pp febrē vel dubiū nimie puocatōis vrine nō ex toto ꝓuenientia q̄ illa abyciat:aut tēperet:aut expectet in alio tpe eoꝝ vſuꝫ. ℭ Ego tñ quātū ꝓiecturare potero cauebo ab illis.nec pro nūc ꝓſiderata febre que p̄ceſſit ⁊ exitura ⁊ partu.muroꝝ q̄ ſteterit q̄tuor mēſibus ſine mēſtruis:ſi tñ videbit̄ p̄ti doctori medicine q̄ ſint puocādа ſcribam q̄o videt̄ mihi in iſtis ꝓditionibus.

ℭ De aere ⁊ de exercitio pro nūc non laborabo:ga ſcio q̄ habebit cameram bonā non multum calidaz:⁊ q̄ quieſcet quantum erit poſſibile.

ℭ Siſ̄ ēt de eſuone ⁊ repletiōe:q̄m ſcio q̄ paꝝ comedit:⁊ q̄ q̄ ops iuuare nāz pro eūatione faciat cluſteria leuia nō acuta:ſicut ex oleo puro vel decoctiōe malue ⁊ violare:⁊ ordei cuꝫ oleo viol⁹.⁊ pulpa caſſie:⁊ çuccharo rubeo vitādo pillas ⁊ alias medicinas in gb⁹ponunt̄ res acute.

ℭ Cōfido ēt in ſcięria ⁊ ꝑbitate p̄ti medici q̄ facit eas cauere ab oi acuto:ſicut eſt pip:⁊ ſic vina potētia:⁊ ſilia:⁊ ab oi ſalſo:ſicut carnes ⁊ piſces ſaliti:⁊ ab oi amaro vl multū acetoſo:⁊ a rebus extreme dulcib⁹:ſicut ſunt ꝓfectiones de melle:imo eſt ꝓtētus iſipidis parū p̄ti⁹ dulcedinis: vel ynctuoſitatis: vel ſtipticitatis: vel pōticitat]: ſicut ova recētia gallinaꝝ non multū cocta quoꝝ ſoli vitelli ſumanſ̄ exn̄te hac febre.ſ; qñ nō eēt febris optima eēnt cum albumine:⁊ ſicut ſunt carnes laudabilis nutrimēti:⁊ nō nimis calide.vbi.g.pulloꝝ pdicū faſianoꝝ:et parnaꝝ auiū:⁊ bedoꝝ ēt febre exn̄te: ſ; ſine febre:⁊ cuꝫ iſtis ꝓcedat ſuꝫ cert⁹ carnes porcoꝝ:⁊ agnoꝝ caſtratoꝝ:⁊ vituloꝝ lactētiū paruoꝝ:⁊ capoloꝝ iuuenum:⁊ p̄ſertim elixatas:⁊ q̄ non p̄mittit vti colūbis:vel paſſeribus:vel anatib⁹:vel anſeribus:⁊ ſilib⁹:⁊ melius eſt ēt ſi oino ſine ſale coquanſ̄.q̄ ſi nō poteſt ſit pauciſſimū ſal:⁊ credo q̄ dat panē ex bono frumēto abſq; ſale ſolum mediocriter fermētatū ⁊ ꝓueniēter coctū:⁊ ſine febre comederet lac recēter mulſū ab vbere:aut paꝝ ante coagulatū ſiue capraꝝ:ſiue pecudū:ſiue vaccaꝝ cuꝫ aliquāto çucchario:⁊ maxime ſine alys cibis in q̄ntitate qua digeraſ̄ ⁊ abſtineat ab alys vſq; exitus lactis de ſtōcho.⁊ ſilr ꝓcederet caſeuꝫ recēte abſq; ſale:⁊ aliq̄ aliquid recēris butyri:⁊ hec oia febre nō exn̄te.ſanguinē vo ⁊ pinguedinē multa vitaret omni mō. ℭ Et pro ferculis exiſtēte febre credo q̄ dat ptiſanā ordeaceā coctā cū aqua multa:⁊ pauca farina:⁊ pditā cū aqua amigdalarū.aut bullitā cuꝫ brodio carniū:aut ordei fractū:aut far:aut ferculū ex herbis iſtipidis paruꝫ frigiditatis bñtib⁹ apitiuis:tñ ſicut lactuca: endiuia:ſpinachia:boragine: bugloſſa: cicorea: acetoſa: aut cū brodio carniū:aut cū ouis.⁊ ſi op⁹ carnib⁹ vel ferculis aliq̄ ſapoꝝis addē facit cū agreſta pauco vel vino granatoꝝ muçoꝝ:aut citrāguloꝝ bene maturoꝝ. ℭ Et fructibus ꝓcedat cucurbitā coctā:⁊ citrullos:⁊ pira:⁊ poma cocta ſupple in modica q̄titate:⁊ ſi nō timeretur de vrina ⁊ eēt abſq; febre ꝓcederenſ̄ melones ſañ cibū:⁊ anguriе:⁊ ceraſa. Citonia vo ⁊ granata muça vel dulcia cōcedunſ̄ vtroq; mō:⁊ ſiliter amigdale dulces:⁊ paſſule:⁊ grana pini:⁊ ſine febre:ſorbe:neſpille:corna:cōcederenſ̄ in pauca q̄titate:⁊ ſilr ꝓfica.ſed p̄biberenſ̄ ficus recentes ſicce:⁊ nuces. ℭ Et de radicib⁹ p̄bibet cepas:⁊ allia:⁊ porros:⁊ raffanos:⁊ radices petroſilini:⁊ apij:⁊ feniculi:⁊ raffanellū:⁊ paſtinachas. In tpe tñ ſanitatis aliquid de rapis ⁊ naponib⁹ guſtare poſſet. In quo tpe ēt lagane ⁊ paſtilli:⁊ milium:⁊ pultes de tritico ꝓcederenſ̄. ℭ Ba na vo pini infuſa in aqua calida ⁊ poſtea exiccata ⁊ cōfecta cuꝫ çucchаro vtroq; tpe ſunt ꝓcedēda:feniculū aniſum:⁊ çinçiber:⁊ alia aromata credo q̄ nō ſumaſ̄:ſ; forte ꝓcedit ſibi coriādrū ꝓfectū:cucurbitā ꝓfectā cum çucchаro manuchriſti çucchaꝝ roſ.diacitonitē cum çucchаro ſine ſpēbus:⁊ credo q̄ pro nūc bibat vinū rubeū pauciferū tēperatū cuꝫ aqua ordei:aut aqua decoctiōis pruno ꝝ.⁊ ligritie:vel oium triū ſimul:⁊ cum ſitit exn̄ prādiū bibat ſyrupum violatū iulep roſatū. ℭ Et credo q̄ dormiat ſomnū lōguꝫ in tpe declinationis vel tpis:⁊ ſi in ℞ deficit q̄ iuuaſ̄ cū lacte ſeminis papaueris albi:aut poſito in cibis: aut in potibus:aut cum ſyrupo de papauere: aut cum loch de papauere:aut cum diacodione puro facto cum çucchаro.⁊ puto q̄ ſtudet omni diligentia q̄ caneat ab ira:⁊ triſtitia:⁊ nimia cogitatione ⁊ caueat venerea. Doc de regimine.

Sed veniendo ad medicinalia cōſtat q̄ pro ſe bre cuꝫ ſit mālis ꝓuenit eūatio māei faciētis febrē ⁊ digeſtio. Sed q; inciſiua in mā viſcoſa ꝑbemur dare in vys vrine pp vlcera ⁊ ſubtilitia puocātia pp timorē diabetis.⁊ calida ne mordicent: puto q̄ melioꝝ ſuus ſy.eſt aq̄ mellis facta cū aqua decoctionis ordei capilloꝝ veneris:⁊ liquiritie:⁊ floꝝ borazinis:⁊ bugloſſe:q̄m ꝓuenit pro mā febris:⁊ eſt vtilis vlceri. ℭ Eūones aūt niſi cogat magna neceſſitas pp cām febris nō debēt eē cum pharmaco forti vel acuto:ſ; reſpi-

Digitized by Google

ciēdo febrē ꝛ vlcus dz eñari paulatim ꝛ cuz leuibus mā
mixta ex flegmate ꝛ melle:ꝛ cum bec mā salsa ꝛ acuta:
ꝛ ideo cū ꝑdictū sy.sumpserit,vi. vel. vij. vicib⁹ dz sume-
re bāc medicinā. ℞. pruno⁹ numero. x. sebesten iuuiba-
rū.añ.numero.ix.tamarindo⁹.ʒ.i.semis fumiterre fol.
liculo⁹.sene.añ.ʒ.i.contūdant grosso modo ꝛ bulliāt in
lib.ij.aque vsquequo remaneāt.ʒ.vi.ꝛ tūc addaſ viola-
ruz epithimi.añ.ʒ.i.ꝛ parū post deponaſ ab igne ꝛ fricef
cū manibus bñ;postea colef ꝛ addaſ pulpe cassie.ʒ.i.mā
ne.ʒ.ſ.ꝛ si māna nō habeſ sit pulpa cassie.ʒ.ꝛ.sumaſ de-
bita hora in die maioris quietis ꝛ supdormiat paruz. Et
hoc modo iteretur syrupo ꝛ medicina.

¶ Et q: isti cōiter non bñt bñ vētris bñficiū puto ꝙ eēt
bonū ꝙ qñ videſ pñti doctori detur sibi ante prādium
circa.ʒ.i.pro vice bui⁹ natif. ℞. pruno⁹ numero qnq;gin
ta tamarindo⁹.ʒ.ij.sene polipody.añ.ʒ.ſ.bulliāt oia in
lib.ij.aque vsqꝫ ꝓuna sint bñ coeta.ꝛ tūc addaſ vio-
larū ꝛ epithimi.añ.ʒ.ij.ꝛ ꝑmittaſ parus stare:postea bñ
fricef ꝛ exprimaſ per tricocinium colādo:ita ꝙ egrediaſ
tota pulpa pruno⁹ ꝛ tamarindo⁹:ꝛ in colatura addatur
māne electe pulpe cassie recentis ꝛ bone succhari rubei.
añ.ʒ.vi.ꝛ iterum reducatur ad ignē ꝛ bulliāt plane quo-
usqꝫ habeat spissitudinē quasi diacitonitē:ꝛ boc electua-
riuz euacuat cum leuitate omnes materias peccantes in
ea:ꝛ non est bozribilis saporis.

¶ Itē videſ mihi ꝙ nullo modo sit ꝑtereūdum ꝙ omni
die:vel ante prādiuz vel ante cenā fricef cum mātilibus
lenibus calefactis frīcationibus leubus etiaz lōgo tēpo-
re:ita tamē faciendo vt non infrigidetur.

¶ Preter bec siue cū febre siue sine febre dūmō tolerare
possit dz cape ante cibū:ꝛ post cibū vnū coclear bui⁹ tra-
ꝯce. ℞. amigdala⁹ mūdata⁹ grano⁹ pini infuso⁹ in aq̄
calida.ꝛ postea exiccato⁹.añ.ʒ.ij.ligritie mūde ꝛ rase:et
minutim incise.ʒ.ij.passula⁹ paruz⁹ sine arillis.ʒ.ij.se
minis lactuce:seminis portulace:cozīādri ꝑparati.añ.ʒ.i.
succhari albi.lib.i.ꝛ fiat traꝯea. ¶ Et iste ordo cū cliste-
rib⁹ cū syrupis:cū medicina ex iteruallis:ꝛ cuz illo natif
ante cibuz ꝛ traꝯea ꝛ regimine sibi seruef vsqꝫ ad remo-
tionē febris. ¶ Et cum boc etiā inungātur renes.quādo
vadit dormitū ꝛ de mane cum isto vnguēto. ℞. olei ne-
nufarini rosati ꝛ de cucurbita.añ.ʒ.i.ſ.aceti.ʒ.ſ.succi ly-
monum: aut citrāgulo⁹ recētium.ʒ.i.succi sempervine
succi lactuce. añ.ʒ.ſ.succi solatri.ʒ.i.ſ. fac bullire oia si-
mul in caçola agitando quousqꝫ incozpozētur et habeat
spissitudinē:ꝛ in fine adde cere albe.ʒ.i.campboze.ʒ.ij.
ꝛ cola:ita ꝙ fit subtilissimū ꝛ seruetur postea in vase sta
gnato: ꝛ cum isto vngātur inguina ꝛ pecten ꝛ femoralia:
ꝛ circa anum mane ꝛ sero.

¶ Et ℔ eodē nisi sit multū debilis vbi vomit⁹ sit sibi faci
lis:erit de meliozib⁹ rebus ℔ mō oi septimana semel in
bora tertia⁹ comedat ferculū pingue de brodio caponū
vel gallinarū:ꝛ si poneret blites:ꝛ spinachia nō noceret:
ꝛ bibat vinū dulce:ꝛ postꝫ comederit bibat vnū cyphū
decoctiōis raffani:ꝛ postea voluat se ꝑ lectū plib⁹ vicib⁹:
ꝛ inde ad quartā ptē bore vomat ipositā pēna in gutture
ifusa in oleo.ꝛ post vomitū abluat faciē suā cuz aqua fri
gida ꝛ pauco aceto:ꝛ os:ꝛ post vomitū quiescat sine cibo
saltez trib⁹ bozis. Qz si pur sitit illo tpe bibat.ʒ.i.miue si-
ne spēbus. Et vsus istius vomit⁹ ēt nō exīte febre in bac
passione est vtilissimus. ¶ Sed si gra dei cessauerit fe-
bris ꝛ remāserit vlcus in vij⁹ vrine:tūc est vrēdus troci-
scis:ꝛ lacte:ꝛ iniectiōib⁹ que fiūt cum syringa facilius in
muliere qꝫ in viro ꝛ quodā alio puluere:q: est abomina-
bilis:ꝛ si dz porari cuz oleo puro ꝓ nūc nō curo scribē.

¶ Sed si a febre ℔babiſ mittat ꝓ eo ꝛ mittā sibi pul-
uere3 ꝛ regulā vsus:qñ cū illo puluere adiutorio altissi-
mi ego curaſ fui ex vlcere in colo vesice:ꝛ ꝓ nūc ista
sufficiāt.nā ꝛ qz vt dixi ꝓpius nō sum ex toto ifozmaſ inte
gre ꝛ ꝓfidēdū est in singulari vtute pñtis medici nō me
amplius extēdo:ꝛ altissimus sit datoz auxilij.

¶ De apostemate duro in rene. Consilium. LXI.



Vidam vir pinguis multū annoz3
ix. vl circa a.xiij.annis
citra multū ociosus:qui nū prius erat solitus
multū exercitari circa artem ꝑparatoziā co-
rio⁹ a tribus annis citra passus est vt sibi vi
deſ tumefactiōez multā in hypocūdrio dextro:cuius ad
sensuz in mēbris interiozib⁹ medicis nō appareret:ex
qua causa⁹ est stupoz in parte illa dextra vsqꝫ ad pedē ꝛ
aliqñ patiſ grācuz in musculis cruris dextri:remouenſ
tñ ista in ꝓte vt ingt per extramissionē vēositatū ꝑ eru
ctuationē ꝛ per anū vrine vt plimū sunt multū subtiles
cū tenui seꝯstratiōe:ꝛ meli⁹ se dz in tpe calido qꝫ frigido
per eūoneꝫ ꝛ etiaz per vomitū:ꝛ educte semꝑ fuerūt māe
flegmatice. ¶ Casus boc mō in forma mibi scriptus est
per venerabilē doctoreꝫ magr̄m Aug⁹ de Cantucys de
Urbino:ꝛ ego libēter sciuissem:vtrū aliqñ febriat: vtrū
anche sunt minozate: vtrum vrina sit pauca: vel multa:
vtrū crura sint debilia in ambulādo:ꝛ vtruz crura ꝛ mē
bra iferioza sint extenuata:ꝛ vtrū incipiat tumefieri vē
ter vel facies sicut in cacetico vel incipiēte pati hydropi
sim.verūtn ex illis paucis dictis ego ꝓiecturatiue credo
ꝙ iste patiſ apostema durū in rene dextro.nā cum dixit
se sentire magnū tumozem in dextro latere credo ꝙ sen
tiat ibi grauitatē maxime cuz nō appareat exteri⁹ medi
cis per tactū dz eē in rene nō in epate:ꝛ qz apostema tāte
grauitatis frigidū nō durauisset in epate trib⁹ annis sine
fortiozib⁹ accītib⁹:ꝛ certū est ꝙ grauitas in rene stupoz
in ancha:ꝛ alchatim:ꝛ qui cōicaſ cruri⁹ vsqꝫ ad pedes ꝛ
cuçeç accidēs cruribus sunt accītia apostematis duri in
renib⁹. Dixit enim Rasis aucte Pauli decimo ꝓtinētis
eis accidit stupoz in anchis ꝛ tēpestas in ribus. ꝛ siliter
Aui.is.tertij.ꝛ Serapio in caplo ꝓpo.ꝙ sequunt buius
disponē debilitas in crurib⁹:ꝛ stupoz duaꝝ anchaꝝ:ꝛ ad-
dit Auic.ꝙ oibus mēbris iferioribus accidit extenuatio
ꝛ rarefactio.ꝛ dico ꝙ bec egritudo est difficilis curatio-
nis:aut impossibilis.vnde Serapio dixit.apostemata re
num sunt vehemētia:ꝛ sunt velocis indurationis:ꝛ sunt
ex eis supple aliqua ꝙbus oīno nō est curatio:sed firmā-
tur ꝛ plōganſ ꝛ liquefaciūt corpus:ꝛ Hozdonius dixit ꝙ
qñ plongaſ egritudo ꝛ vrina est alba tenuis ꝛ coze doz-
mitātur est signū incurabilitatis:ꝛ tñ magis piculosum
est in coꝛe macro pauce humiditatis. ¶ Igit bis ꝓba-
bitis credo ꝙ itelligaſ cā quare emissis vētositatib⁹ alle
uiaſ ꝛ stupoz cum tūc res nō cōprimaſ:ita ꝛ cā quare eua
cuatur flegmata:cum digestio valde debiliteſ. Ponā er
go ꝓsiliuz:aut pro salute:aut saltē ad maioza mala ꝓbi
bēda:ꝛ altissimus sit datoz auxilij.

¶ Primo dz habitare aerem tēperatū in actiuis declinā
tē ad habitudinē:ita ꝙ in estate tēpereſ cum irroratiōe
aque vel cum herbis ꝛ ramis humidis:ꝛ dz esse aer cla-
rus ꝛ subtilis ꝛ camera in solario.

¶ Exercitiū dz eē suaue ꝛ delectabilis ieiuno stomacho:
in quo exercitio renes nō multū laboreſ:ꝛ est vtile loco
exercitij ꝙ de mane postꝫ habuerit bñficiuz vētris fric
cādo ꝑ bracchia postea a cingulo vsqꝫ ad spatulas,ꝛ silr
pectus trabēdo ad supioza.postea vō fricenſ crura coꝛe
ꝛ nates trabendo ad inferioza:ꝛ sint frīcationes cuz mā
tili leni fozti:ꝛ non aspere.

¶ In cibis vō dz cauere oīa gñantia sanguinē grossū;aut
mel iam

Digitized by Google

meliam multiplicatia flegma multū vel vētositatē ⁊ debēt esse facilis digonis tēpati subtilis subē paucaꝝ superfluitatū: ꝫ declinates vsus calm ⁊ būidū. ¶ Et iō panis suꝰ fit ex optio frumēto sine alys granis: bñ pistꝰ: bñ fermētatꝰ: ⁊ bñs aligd salis ⁊ furfuris minuti cōmixtū: ⁊ sit sufficiēter coctꝰ itus ⁊ exꝫ: ⁊ nō comedaꝫ postq̄ est induratꝰ. ¶ Carnes vo debēt eē ex auiculis puis stātib⁹ in arboribꝫ ⁊ pratis aut pulloꝝ: ⁊ toleranꝫ pdicū: ⁊ fasianoꝝ: ⁊ capton: ⁊ vitulo: lactētiū puoꝝ: ⁊ agnoꝝ castrati: ⁊ infra annū. ¶ Sed porci ⁊ agni parui: ⁊ carnes antiq̄: ⁊ carnes syluestres: ⁊ auiū aq̄ticaꝝ: ⁊ carnes salite dimittanꝫ. ¶ Sāguis caseus lac capita: ⁊ colla: ⁊ interiora aialiū melius est q̄ dimittanꝫ. Sꝫ pōt vti vitellis ouoꝝ gallinaꝝ rectiū: ꝫ nō debēt eē multū cocti neq̄ mixti cū caseo vel farina. ¶ De piscib⁹ melius est nō comedē: ꝫ si cōedanꝫ sint qui squamosi de libo marivel de petroso: ⁊ sabuloso flumio: boni odoris: ⁊ saporis frāgibiliū carniū: ⁊ comedātur cū cinamomo ⁊ sapozib⁹ tēpatis cū amigdo. ⁊ vino dulci ⁊ pauciſſima aceti quātitate. ¶ Victualia de pasta: ſic lagane: ⁊ pastilli: ⁊ silia sint dimittēda: ⁊ legumina: ⁊ panicū: ⁊ miliū: nisi q̄ndo post purgatōes: ⁊ ex iteualli⁹ q̄ paucū vrina vtereꝫ brodio ciceruꝫ: pōt tñ vti ptisana ordei: ⁊ ordeo fracto cocto cuꝫ brodio carniū supradictaꝝ.

¶ De berbis conueniūt sibi borago: buglossa: melissa: endiuia in estate: ⁊ cicorea: ꝫ berbe debēt eē cocte: ⁊ tpe valde calido toleraꝫ lactuca. dimittatur berbe amare ⁊ acute sic⁹ absinthiuꝫ: ⁊ eruca: ⁊ sinapi: ⁊ silles.

¶ De fructib⁹ pōt cōedē passulas: ⁊ fic⁹ siccas: ⁊ amigdalas: ⁊ puna valde matura: ⁊ parū de melonib⁹ casu q̄ parū vrinaret: ꝫ reliq̄ fructꝰ potius dimittanꝫ. ¶ De radicibus melius est q̄ dimittatur: ⁊ silr fungi ⁊ tubera.

¶ In potu vo melꝰ eēt q̄ sumeret aquā mellis vel vinū medie vinositatis medy coloris in rubedine participās aliq̄ leui dulcedine: ⁊ nō bibat in multa q̄titate. ¶ Quātitas ciboꝝ ops q̄ non sit multa: sed sit boni nutrimenti cuꝫ modis dictis in p̄ncipio: ⁊ caueat a rebus vehemēter dulcibus: ⁊ sint potius cibi elixi q̄ assi: ⁊ si p̄mittatur aliquid lenitiuum erit etiam melius.

¶ Sōnus eiꝰ ds eē circa septē horaꝝ in die nāli maxime de nocte in lecto nō duro: nō tamē excessiue calido: ⁊ dormiat aut resupinus aut iacēs sup latere dextro: ⁊ caueat somnum diurnū nisi paruꝫ dormierit in nocte: ⁊ vtatur plurima quiete precipue post cibum.

¶ Ops q̄ oi die beat bñficiū vētris: ⁊ si nā nō adiuuat recipiat clistere nō multe q̄titatꝫ hoc mō. ℞. mucilaginis fenugreci. mucilaginis seminis lini. aā. ʒ.ij. decoctōis camomille: cauliuꝫ: melliloti: maluauisci: ⁊ furfuris. ʒ. viij. olei amigdalaꝝ dulciū. ʒ.ij. salis paꝝ: ⁊ fiat clistere. Quo recepto p̄ iaceat supinus vētre iferius posito: postea voluat se sup latus sinistrū aliquādo tpe: deide voluat se sup dextruꝫ ⁊ sup illo quiescat q̄usq̄ habeat emittere clistere. Et q̄uenit aliq̄n in itroitu prādy cape circa. ʒ. ʃ. pulpe cassie bone recēter extracte a cānis: aut bibere in mane decoctionem malue: ⁊ semine malnauisci. Aut facere clistere ex oleo dulci puro.

¶ Caueat a tristitia q̄tū est sibi possibile ⁊ q̄ideat astātes ei q̄ vinat delectabiliꝫ: ⁊ phibeat ab ira ⁊ plima cogitatiōe ⁊ a venereis quo ds abstinē. Et hec de regimine.

Descēdēdo ad medicinalia p̄siderādū q̄ nō ds euare mās metica cū fozti solutiuo: ⁊ q̄ nō solū melia: sed et flegma est euandū ⁊ assiduatio faciēda est in reuolutiōib⁹ administrādi nō lenificatia mō resoluētia ⁊ euantia. Incipiat g̃ p̄ cape hāc medi^nam. ℞. feis malue: feis altee: feis citonioꝝ. aā. ʒ.i. ʃ. passulaꝝ. ʒ.i. radicū altee. ʒ.ij. fac bulliri oia in lib.i. ʃ. aq̄ q̄usq̄ remaneāt. ʒ. vi. ⁊ postea colēt: ⁊ colature addaꝫ pulpe cassie recētis. ʒ.i. ⁊ postea bibaꝫ calida i auroza: ⁊ nō supdormiat: sed gescat p bozā in lecto. ¶ In seq̄ntib⁹ vo diebꝰ sumat būc syrm. ℞. syrupi viol. inlep. aā. ʒ.i. aq̄ decoctiōis malue: semis cucurbite: semis altee: semis cucumeris. aā. ʒ.i. ⁊ deē octo diebꝰ vno post alium in auroza: ⁊ supdormiat.

¶ Post istā vo medicinā bonū est q̄ in mane plib⁹ diebus sumat circa. ʒ. ʃ. bui⁹ electuary. ℞. medulle seminuꝫ cōiuꝫ fridoꝝ. ʒ.iij. pulpe cassie recētis: syrupi viol. mucilaginis semis altee: mucillaginis semis lini. aā. ʒ.ij. incoz pozent in vase vitreato: ⁊ refueꝫ: ⁊ sumaꝫ tribꝰ bozis ante cibū. ¶ Et ofert q̄ndq̄ loco istiꝰ electuary potare bunc pulueꝝ siccum. ℞. seminis marubij: seminis lini: semis altee: fenugreci: ⁊ carthami. aā. ꝑtes equales: ⁊ sumatur ex eis quātitas vnius coclearis cum puluere.

¶ Et q̄ egritudo est illiꝰ maueriei cuius dixi ops medicū dare ifirmo iteruallo getis: ⁊ in tpib⁹ in qb⁹ nō sumit lenitiuū p os ds frequētare clisteria lenificatia q̄ sint parue q̄titatis. ſ. lib.i. vel. ʒ. xiij. mō supius scripto in ca. de eūone ⁊ repletōe in regimīe: ⁊ si vi pūti doctozi post lenificatiōes addanꝫ in clisteri olea carminativa sic⁹ anbetinū: camomillinū: rutbaceū: ⁊ laurinū: ⁊ pūt addi in decoctiōe camomilla: ⁊ mellilotū: ⁊ anisuꝫ: ⁊ ciminū ex interuallis: ⁊ ds fuari ordo in retētione clisteris. ¶ Et cōuenit et ſaltē semel in. xl. diebꝰ dare hāc medicinā cū rebus hic scriptis vel sibi ꝓportionalib⁹ ꝑcedē administrando mō lenificatia qō est frequētius faciēduꝫ: modo leuiter euacuantia. q̄ndq̄ vo resoluentia vel mixta ex istis.

¶ Sꝫ q̄tuꝫ ad ea que exteri⁹ administranꝫ ēt in tpe in quo vtiē pdictis reb⁹ p iteri⁹ ds p̄ tenere bꝰ emplm sup rene extēdēdo ēt vsus hypocūdriū dextrū ꝑm q̄titatē grauitatis sensate ab ifirmo. ℞. farine fabaꝝ: farine cicerꝫ: florū camomille melliloti passulaꝝ sine arillis. aā. ꝑtes eq̄les teranꝫ optime: ⁊ cū oleo camomillino: ⁊ sepo caprino ꝓficianꝫ in formā emplī. Et si videꝫ pūti medico addat mollificatia in p̄n⁹ sic⁹ medullā cruris vacce: aut medullā cruris ceruī: aut adipis vsi. ⁊ q̄ndq̄ addat resoluētia sicut bdellū ⁊ armoniacū: ⁊ serapinū in mensura que sibi videt necia: ⁊ ista resoluētia addanꝫ q̄n pcesserit mollificatio p. v. vel. vi. dies. ¶ Et maxie ꝓuenit q̄ p̄ p. v. vel vi. dies ponaꝫ emplꝫ mollificatiuū. ⁊ postea p duos dies apponaꝫ vng^m diaglon magnū. ⁊ postea iteꝝ redeat ad mollificatiuū: ⁊ ita circulariter ꝑcedat cum istis vel sibi ꝓportionalib⁹. ¶ Et in clisteri silr ad addēdū in mollificatione eius pūt poni medulle ⁊ pinguedines pdicte.

¶ Oz si acciderit dolor ꝓuenit vehemēter clistere: ⁊ si nō sufficit apponanꝫ vētose ira dorsum ⁊ alcbatim ⁊ aliq̄r scarificenꝫ: ⁊ post scarificatiōes vapozeꝫ locꝰ plib⁹ vicib⁹ cuꝫ lana succida ifusa in oleo calido in q̄ decocta fuerint abzotanū altea: ⁊ camomilla: ⁊ post vapozatiōes reapponaꝫ emplꝫ. Et q̄ndq̄ p sedādo dolorē magꝫ ꝓuenit embrocatio sup loco doloris facta ex decoctōe camomille melliloti altee ⁊ furfuris. ⁊ si necessitas vocat pūt administrari narcotica: sed cuꝫ timore ⁊ cautela. ¶ Et ds attēdē q̄ nō recipiat frigus in crurib⁹ suis: ⁊ non dormiat sine caligis. ⁊ sepe ieiuno stōcho lauenē crura ⁊ coze cū decoctione camomille folioꝝ lauri sticados arabici ⁊ radicū vtrice. ¶ Et inūgaꝫ crura cū oleo costino calido in sero cū vadit dormitū: ⁊ si nō sufficit ad phibēdū illos granfos fiue cuçeç siue morꝰ spasmosos a vētositate. addat i oleo costino euphorbiū ⁊ piretrū ꝑm q̄ videt pūti medico.

¶ Si tñ videreꝫ q̄ bīet caput bumidū valde catarriçās oporteret facē q̄ vtereꝫ masticatoryꝰ cū duab⁹ ptib⁹ mastices: ⁊ ʒª vni⁹ ptis staphisagrie: aut pretro: aut pipe: ⁊ ca putpurgys attrabēdo aquā maiorane p nares: aut succū

Digitized by Google

blite: aut inungēdo nares cū oleo cucumeris asinini: aut tenēdo in narib⁹ frustulā panis pozcini. s. de radice: ⁊ cuꝫ reliquo regimine supꝛascripto videt̄ mihi ꝙ ista sint ea que in isto casu opꝫ dicere. ⁊ altissimus adiuuet ipm.

¶ De gnatione lapidis in renib⁹. Cōsilium. LXIII.

ISte egregius iuuenis patit̄ lapidis gnationē in renibus, vñ sepe incurrit grauissimos dolores ⁊ periculosos cū vomitib⁹ ⁊ ipotēria asselādi. ⁊ postea ꝑ lapilloꝫ emissionē libat̄ ⁊ quasi semp mingit multā arenā rubeam grauē. ⁊ est melice cōplonis ſm totū⁹ habitudinē qō signat ipm eē strictꝫ venaꝫ. Et ideo colligi mās viscosas in renibus que postea coagulātur a caloze in lapidē. ¶ Uolēdo igitur ꝓuidere sibi ne in hāc passionē incurrat cum altissimi auxilio dabo sibi ꝓsiliuꝫ: ⁊ altissimus sit dator auxiliꝫ.

¶ Primo ꝺꝫ habitare aerē tempatū in caloze ⁊ frigoze: ⁊ vtriusq; istaꝫ q̄litatū vitare excessuꝫ: ⁊ silr̄ būiduꝫ aerē: sed sit clarus ⁊ subtilis. ⁊ vestimēta portet ꝑ que nec sentiat in renib⁹ calozē nec frigus. nā ꝑ calozē excedētē māe ibi exītes cito in lapidē ꝓuertunt̄. Et ꝑ frigus ibi figuntur. ⁊ in lapidē ēt a tepido caloze ꝓuertunt̄. magis tñ vitet̄ nimia caliditas. ¶ Et oīno caueat a strictura cinguli siue per cingulū siue per strictura⁹ diploidis in loco illo.

¶ Et ꝺꝫ exerceri ieiuno stomacho: ⁊ maxie cuꝫ bracchijs ⁊ vbi supioza laborēt. Et qñ cibat⁹ est aut plenus humoribus: q; sit diu ꝙ nō fuit purgatus caueat a fatigatione renum sicut fit egtādo equos trotatores: aut ludēdo ad bracchia: aut leuando magna pondera: ⁊ post cibum aut quiescat: aut leuiter ambulet.

¶ Et oī studio teneat vētrē lubricū: ita ꝙ si pōt bis in die habeat bñficiū vētris ⁊ nō sint feces dure. Et q; ℔ nō ꝺꝫ bonū est ꝙ sumat illa ꝑ que iuuet̄. ¶ Pri⁹ g̃ ⁊ optimuꝫ qō nō ꝑmittit in renib⁹ lapidē gnari ⁊ vētrē tenet lubricū est comedē salitē trib⁹ vicib⁹ in septimana ferculuꝫ de mane de vrtica: siue sit cocta cū carnib⁹ pinguib⁹: siue cū oleo. Et pōt cū vrtica ad sapozē meliozāduꝫ miscē aligd de herbis odoziferis: sic̄ serpillo: saluia: maiorana: oziga no: petrosilino: apio: feniculo: mēta: betbonica: ⁊ silib⁹. ⁊ ℔ nō capiat ꝓ modico. nā in renib⁹ assiduatio comestionis vrticaꝫ ꝓhibet oīno lapidis gnationē. ¶ Confert ēt ad vētrē lubricū bñdū ⁊ ꝓhibēdū lapidis gnatiōes capes ℥. ſ. betbonice ficce cōpositē cū melle parū ante prādiuꝫ.

¶ Itē ad lubricatiōem vētris ꝓfert comedē ferculū de mercuriali cuꝫ paucis herbis odoziferis. ¶ Itē oī mane bibere libr̄ā brodij bonaꝫ carniū pinguiū qñ surgit a lecto: in quo brodio ponaꝫ de sale: ita ꝙ sit sufficiēter salitum. Et de tartaro ex vino albo. ℥. i. ꝓ vice: aut due. Et sufficit in hebdā hoc facē vltimū. ¶ Et ꝓ lenificatiōe vētris est valde vtilis ista cōpositio. ℞. medulle ficuuꝫ ficcaꝫ pinguium lib. i. anisoꝫ. ℥. ſ. amigdalaꝫ dulciū. ℥. i. medulle cartbami. ℥. ij. pisteꝫ vnūq̄q; ꝑ se postea optime in moztario cōmisceātur ⁊ seruet̄ in pixide clausa vi treata: ⁊ sumaꝫ quātitas nucis statim ante prādium.

¶ Et somnus eius ꝺꝫ eē in bona camera in lecto nō frigido nec nimis calefaciēte: ⁊ capite bñ eleuato: cozpoze bñ coopto: ⁊ sup altero latere. ℥. ⁊ nō dozmiat sup dozso: qm̄ est de ꝓferētibus ad ꝓhibitionē lapidū: sed homini lapidoso nocet: ⁊ sit in nocte si pōt aut in mane ieiuno stomacho ante tertias. Et vitet somnū meridianū: ⁊ nō vadat dozmitū statim post cenam: sed stet per horam.

¶ Caueat sibi ab excessu ire: tristitie: acidie: ody: ⁊ vtatur tēperato gaudio. ⁊ vsum venereoꝫ paucificet multū.

¶ In cibis ꝙ opꝫ ꝙ nunq̄ sumat q̄titatē quā nō ꝓuenie ter digerit: imo exeat id qō sufficit cape: ad qō nō seqt̄ post cibū cozpis aggrauatio ⁊ gurgulatio in vētre ⁊ reditus cibi ad os. ⁊ necessitas se reuoluēdi de latere in lat⁹: aut multa inflatio vētris. ⁊ in tali mēsura sit ꝓtētus: nec pōt dici sibi ꝙ sit quantitas libre aut duaꝫ: sed ista dicta sunt signa sufficiēris quātitatis nō supflue. Et nō sumat ℥ cibuꝫ nisi ꝑ hoꝛ sit bñ digestus. ⁊ senserit stōchū leuem sine sapoze cibi ⁊ appetenter. ¶ Et panis suus ꝺꝫ esse ex frumēto: aut spelta: ⁊ sit bñ pistus: bñ fermētatus: bñ coctus potius abūdāter ꝙ deficiēter: ⁊ sit bñs aligd minuti furfuris cōmixtū ⁊ de sale: ⁊ panē nō bñ fermētatum: aut nō bñ coctū nullo mō comedat: ⁊ nō comedat ipsuꝫ statim sicut poztaꝫ a furno: neq; post ℥am diez. ¶ Carnes meliozes sunt auiū: ⁊ ꝑcipue auicularū bñtiū varias pēnas que stant in segetib⁹ ⁊ arboꝛib⁹: sic̄ sunt bispare cauꝺe tremule cardinelli: ⁊ siles. ⁊ post illas sunt alaude ⁊ fi/cedule: ⁊ philomena: ⁊ passeres: ⁊ frāguelli: ⁊ siles. ⁊ sunt bone ꝑdices iuuenes: ⁊ pulli: ⁊ fasiani: ſ3 iuuenes: ſ3 ex antiqs gallinis: ⁊ gallis: ⁊ caponib⁹ nō ꝓuenit nisi brodiuꝫ: ⁊ tolerāt̄ aliq̄ turtures: ⁊ colūbi volare incipiētes sine pēnis nec antiqui. ⁊ aues aq̄tice sunt dimittēde vt anseres.

¶ Ex q̄drupedib⁹ vo ꝓueniūt capti capreoli vituli parui lactētes castrati annuales de mōte: ⁊ lepozes iuueculi: ſ3 agni: ⁊ pozci: ⁊ carnes multū veteres sic̄ boum ⁊ bircoꝝ: ⁊ pecudū. ⁊ silr̄ carnes exiccate ⁊ salite vitent̄. Et vitent colla ⁊ capita ⁊ iteriora aialiū: ⁊ melioꝛ pars est anterioꝛ ⁊ dextri lateris: ⁊ meliozes sunt elixe: ⁊ ꝑs macra de aiali mediocriter pingui nō saginato artificialiter. ¶ Et sanguis ⁊ lac ⁊ caseus ⁊ colostrū siue recocta vitent̄ siue sit recēs siue siccus caseus: deterioꝛ tñ est recēs ⁊ viscosus.

¶ De ouis ꝓueniūt vitelli ouoꝝ gallinarū recētium nō multū cocti: siue sint sozbiles: siue in tenello brodeto: siue in frictilio tenello: siue cū succo berbaꝝ: ſ3 nō cōedātur duri: nec comedaꝫ albumē: nec cocti cuꝫ farina sic̄ in çāçarellis: nec cū caseo: nec oua anserū vel anatū. ¶ Ex granis est bonū cicer nigrū ⁊ rubeū maxie brodiū: ⁊ tolerat̄ albū ⁊ robilia: ⁊ brodiū faseoloꝝ: ſ3 alia legumia oīno dimittant̄: ⁊ tolerat̄ ferculū de panico vl̄ milio: ⁊ spelta cuꝫ bonis carnib⁹: ⁊ ptisana ordeacea cū amigō. ſ3 frumētum coctū oīno dimittat̄. ⁊ silr̄ victualia de pasta oīa sic̄ lagane ⁊ pastilli: ⁊ siles. Et tolerat̄ riçū aliq̄n factū nō spissuꝫ cū brodio caponis pinguis aut galline. ¶ De herbis iaꝫ ꝓ pte dcm̄ est q̄rū ꝓueniūt vtice maxime: ⁊ bethonica: ⁊ mercurialis: ⁊ brodiū caulū non suba: ⁊ blite: et spinachia: ⁊ arriplices: ⁊ malua: ⁊ bozago: ⁊ buglossa: et mellissa: ⁊ cicozea: ⁊ endiuia: ⁊ fenicl⁹. ⁊ cerefoliū: ⁊ apiū ⁊ petrofilinū: ⁊ herbe odozifere: sic̄ serpillū: maiozana: saluia: leuisticū macedonicū: oziganū: calamētū: mērba: pulegiū: byssopus: thimus: rosmarin⁹ ꝑcipue flozes ei⁹. ⁊ lactuca: ⁊ cicozea: ⁊ in estate: ⁊ endiuia. Et meli⁹ est ꝙ comedaꝫ cocte ꝑdite cū cinamomo: ⁊ portulaca: ⁊ lappaciuꝫ nō sunt ꝓuietes: nec suba cauliū: aut capucioꝝ: ⁊ cōueniūt senatiōes ⁊ cretani. ¶ Et de radicib⁹ ꝓueniūt pastinacha danc⁹ carotū iringi radiꝫ feniculi: ⁊ apij: ⁊ petrosilini: ⁊ ligritie: ⁊ pimittat̄ rape: ⁊ napones: pōt aligd capē de raffano fozti paꝫ tñ: ⁊ de pozris ⁊ cepis coctis: ⁊ de decoctiōe allioꝝ: cū ferculis suis: ſ3 meli⁹ est subaꝫ eius pimittere. ¶ De fructib⁹ ei⁹ ꝓueniūt ante cibū ficus taꝫ recētes q̄ ficce: ⁊ vue passule ⁊ recētes: ⁊ pruna valde matura. Et melones: ⁊ medulla citrulloꝝ cocta: ⁊ ꝑdita cuꝫ spēbus: ⁊ cucurbita pariter: ⁊ angurie oīa ita. Et ꝓueniūt cerasa ⁊ ꝑcipue nuclei: ⁊ tolerētur aliqua persica ante cibū: ⁊ nuclei eoꝝ: vt ifra dicet̄. ℥ pira: poma: castanee: citonia: cognalia: nespilla: sozba sunt diimittēda. ⁊ post cibū ꝓueniunt amigdale dulces: ⁊ grana pini: ⁊ auellane: ⁊ nuces: et fistici. Et pur si aliquid de piris: aut citonys co/ctis in

Digitized by Google

etis in vino ⁊ ꝓditū cū aromatibus deꝯ est tolerabile nō in multa q̄ritate. ¶ Et olive salite ⁊ cappares saliti bñ ꝓparati sunt ꝙuenientes. Hzanata dulcia sunt bona: muça ⁊ acetosa tolerant in pua q̄ritate. Et succꝰ aracee ⁊ lymonū gra sapozis: ſz caro citri nō est bona: acetositas eiꝰ est fic pomi citrāguli: melōgene vo dimittant ⁊ ꝙueniūt tribuli: fungos ⁊ tubera dimittat. ¶ Sparagos vo pōt cape ⁊ vti aromatibꝰ: ꝓcipue cinnamomo in cibis ⁊ anisi: ⁊ cimino: ⁊ etiā alijs ſpēbus: nō tamē ſupabūdet.

¶ Potꝰ eiꝰ melioꝛ oiuz est aq̄ mellis: ipa nō ꝑmittit ſi ꝓtinuet in renibꝰ lapidē gñari: ⁊ ſit illa vinū aq̄ ſū albū ⁊ cū cibo vinū paucifer nō multū colozatū: ſz vina potentia ſicriuola ⁊ maluaticū: ⁊ ſiſtia nō ſumat cū cibo: imo ꝙuēiūt aliq̄ ieiuno ſtocho: maxime cozpe pus euacuato: ⁊ cuz aliq̄ medicina fructiua lapidis. Et dec ſufficiat de regimine.

Quātuz ad vſuz medicinaꝝ opz mām lapidis ꝑ digeri. 2° euacuari. 3° diuerti ad alium cānale. 4° debemus vti frāgētibus lapidē. 5° educētibꝰ ipſuz. 6° debemus corrigere accidentia.

¶ Quātū ad ꝑm bis ſaltē in anno ōberet ſumē ſyrupos ꝓparādo ſe ad purgatōez. Et ſyrupꝰ ſibi ꝙueniēs ē iſte. Rx. oxymellis ſgllitici. ʒ. 5. ſy. acetoſi cōpoſiti. ʒ. i. aq̄rū apy: ⁊ feniculi: ⁊ ſparagi. aā. ʒ. i. miſce: ⁊ est ꝑ vna vice: ſumaꝝ cu lidus in auroza. ⁊ b̄ ſex vicibꝰ. Et ad ītētōez digerēdi iuuat totū regimē ſupraſcriptū. ⁊ tpa ſumēdi dcm ſyrm. ſūt nūc ꝑ iſto āno. ⁊ poſtea i ꝑnᵒ Marty. ¶ Et ſupto b̄ ſyrᵒ ſex vicibꝰ ſucceſſiue debem accedē ad zmꝑnlᶜ q̄ō est eūactio. Et meliꝰ ē q̄ ſumat ſeq̄nti die duabꝰ hozis añ diē hāc medicinā cū bona cuſtodia. Rx. pulpe caſſie recēter ō cānis exacte. ʒ. x. ely idi. ʒ. iij. 5. ꝓfectōis amech. ʒ. i. 5. fiat medicina diſtēpata cū decoctōe radicū apy: radicū raffani: caſſie lignee: paſſulaꝝ: ⁊ ligritie: ſumaꝝ calx: ⁊ ſupdozmiat id q̄ō pōt i ꝑmis duabꝰ hozis. ⁊ poſtea nō dozmiat vſq̄ ad cōpletā opōnē: ⁊ i fine ſex hozaꝝ bibat. ʒ. vi. aq̄ cocte cū. ʒ. i. ſucchari rub. ⁊ ide ad vnā hozā ꝓdeat tūc leuit.

¶ Ecā hac purgatōe q̄ purgādo diuertit bonū est ſeq̄nti mane dare. ʒ. i. 5. optie tyriace cū. ʒ. i. vini albi ſubtil. vj. hozis añ cibū. ¶ Et poſtea fiat eūo ꝑ vias vſiales dādo i mane. xxv. nucleos ꝓſicoꝝ ꝑ duos dies: poſt tyriacā ad comedēdū: ⁊ ſup ipis bibat. ʒ. iiij. vini maluatici aut riuole. Et non cōedat vſq̄ ad. iiij. hozas poſt. ⁊ b̄ facto geſcat viij. dieb. Et poſtea iterū ſumat aliqd lenitiuū. ſ. ʒ. i. ʒ. ij. pulpe caſſie cū. ʒ. ij. olei amigdalaꝝ dulciū diſtēpatā cuz aq̄ apy: aut raffani: ſumaꝝ in auroza ⁊ ſupdozmiat: aut ni bil: aut paꝝ. ¶ Et ſeq̄nti die ſumat grana. xv. lapidis iudaici diſſoluti in aqua raffani ʒ. iij. cū. ʒ. 5. ſucchari albi.

¶ Poſtea autē vſq̄ ad ꝑnm Marty in q̄ vs iterato ſumē ſyrm ⁊ ſupraſcriptā medicinā ozdine ſupraꝓſito in b̄ tpe ītermedio q̄ō est tps magnoꝝ frigoꝝ: oib̄ decē dieb. ſumat. ʒ. i. pulpe caſſie recēt diſtēpatā cū decoctōe milȝ ſolis paſſulaꝝ cinamomi radicū apy. ¶ Et cū ſūpſerit caſſiaz ſeq̄nti die ſumat. ʒ. i. 5. tyriace mō ſupradicto. ¶ Et ſumpta tyriaca vere ad duos dies bibat lapidē iudaicuz diſſolutū i aq̄ raffani mō ſupradicto. ¶ Et reliqs dieb geſcat cū ſuo regimie ſupraſcripto. niſi q̄ ſemꝑ cuz ſum ꝑſerit caſſiā tribꝰ vicibꝰ duobus diebus poſt tyriacam ſumat. xxv. nucleos ꝓſicoꝝ modo ſupraſcripto.

¶ Vz poſt purgatōez cū ſyrᵒ ⁊ medicina q̄ fiat in vere: qz poſt veniēt tpa calx. Alijs medicis est vtēdū: que q̄uis a me hic ponanꝝ i tpib̄ calis: tñ pūt ēt in frigidis vtilr appli cari. Ecā igiꝝ purgatiōe i ꝑnᵒ fuet ꝑ totū mēſez Marty ordo hic dictꝰ de tyriaca de nucleis ꝓſicoꝝ de lapide iudaico ⁊ de pulpa caſſie exhibēda. ¶ Vz trāſacto mense Marty ītegro tūc vtaꝝ ꝑ totū mēſez Aꝑlis oi mane iſta ꝺcoctōe ī potu q̄ est placida. Rx. ſeis maluauiſci ꝓuſi. ʒ. i. radicū eiꝰ. ʒ. i. cinamomi. ʒ. i. fac bulliri in. ʒ. xvi. aq̄ q̄uſq̄z remaneat. ʒ. viij. ⁊ tūc coleꝝ ⁊ in colatura addaꝝ ſucchari rubei. ʒ. i. ⁊ bibaꝝ tepidū quatuoꝛ hozis ante prādium. ¶ Trāſacto ēt meſe Aꝑlis bāc decoctiōez pōt per totaz estatē ſumere: ſz cū iteruallis: ita ꝙ ſumaꝝ bis vel ter in bebdā. Et dz ēt pulpā caſſie ſumere: ſz ſemel in meſe nō amplius: ⁊ ſemel in meſe nucleos ꝓſicoꝝ: ⁊ ſemel in meſe lapidē iudaicum modo ſupraſcripto.

¶ Et cū viderit ſe nō ita moleſtari a doloze vt ꝓſueuit: imo diu ſtetiſſe ſine doloze. ⁊ viderit q̄ vzine nō bīt tātū de arenis pōt facē duas purgatiōes dictas annuatiz i vere ⁊ in Octobze. Et ſumere pulpā caſſie oib̄ duob̄ meſibus ſemel: ⁊ ſumere nucleos ꝓſicoꝝ poſt pulpaz caſſie: ⁊ in eſtate ꝑdictam decoctionē: ſed rarius.

¶ Et ſi in rpe vz ſibi neḉitas cliſterioꝝ: qz ſūt valde vtilia in hac paſſiōe vtaꝝ eis ſaltē ſel in ſeptiana b̄ mō. Rx. mercurialis blitaꝝ albaꝝ. aā. M. i. ficuū ſiccaꝝ iciſaꝝ. ʒ. iiij. fenugreci. ʒ. i. aniſoꝝ. feniculi. cimini. floꝝ oiuz. aā. ʒ. i. fac bulliri in aq̄ ſufficienti: ⁊ pro vno cliſteri adde pulpe caſſie. ʒ. i. bñdicte. ʒ. 5. olei anbetini. ʒ. iij. ſalis. q̄ō ſufficit.

¶ Sūt aūt multa empica de qb̄ꝺz q̄ frequēter vtēdo. ſ. ſel in bebda ꝑseruāt a lapide: ⁊ q̄dā de qb̄ꝺz q̄ ſemel in mēſe. ¶ Nā iſta aq̄ dz ad b̄ mirabilis ſi ſumaꝝ in ſeptimana ſel. Rx. floꝝ geneſtre polite: floꝝ ſandarici. aā. lib. i. radicū ſaxifragie milȝ ſolis ꝓuloꝝ. aā. ʒ. i. lapidis qui iueniꝝ in ſpōgia: lapidis lyncis. aā. ʒ. 5. cinamomi caſſie ligneę. aā. ʒ. 5. ꝓtūdanꝝ ponanꝝ in vaſe vitreato in tāto vino maluatico q̄ totū coopiaꝝ: ⁊ ꝑ. xv. dies ita dimittanꝝ. Poſtea ponaꝝ in alēbico ⁊ diſtillenꝝ: ⁊ aq̄ illa fuet in vaſe vitreo optime obturato: ſufficit q̄titas. ʒ. iij. pro vice.

¶ Idē dicūt de aq̄ floꝝ geneſtre. ¶ Idez ſi. ʒ. vj. nucleorū ceraſi cū oſſib̄ ⁊ pulpa piſtenꝝ: ⁊ diſtēpenꝝ cū vino albo ſ̄bili: ⁊ bibanꝝ ieiuno ſtōcho. ¶ Idē dz de cinē oſſiū puoꝝ q̄ repiunꝝ iuxta pedes lepozis. Sz Aui. dicit de toto lepoze cōbuſto ⁊ bibaꝝ coclear vnū pro vice. ¶ Idez dicūt de illis ſupfluis q̄ a nucib̄ cadūt q̄ſ floꝛēt arbozes q̄ ſiccati ⁊ in puluerē redacti: ⁊ potati ſemel in meſe cuz vino. ʒ. i. pro vice mirabilr ꝑseruāt. ¶ Ego aūt ſcripſi q̄ō multis ꝓbaui ⁊ in illo confido magis q̄ in iſtis: q̄m vidi magꝺos baꝝ empericaꝝ reruz: ⁊ qui illis vtunꝺ multuz moleſtari. ⁊ ideo hec pro nūc cum laude dei ſufficiūt.

¶ Accītiū cozrectio est maxime ſi ſeq̄ꝺz ardoz vzinādo q̄ optime valet bis in die potare decoctōez radicis malue uiſci. ʒ. 5. pro vice de radice: coquanꝝ cum. ʒ. 5. ligritie.

¶ Et idē multum valet decoctio ſiliſ radicuz graminis cum reliqs que dicuntur in cura ardozis vzine.

¶ De difficultate vzine. Conſilium. LXIIII.

Illud q̄ō manifeſtum est de diſpōne buiᵒ egregij viri Joānoli de Carpo eſt difficultas vzine: ⁊ q̄ mingit poſt multū conatū q̄ſq̄ dilatādo crura vel aliuz ſituz diuerſuz in mingēdo mingit aliqd paꝝ expellēdo lōge: ⁊ poſtea ſtatiz mingit ac ſi vzina a vga caderet: ⁊ mingit paꝝ ꝑ vice ꝓcedēte ītēſo appetitu ⁊ abſq̄ ardoꝛe: ſz q̄ſq̄ ⁊ raro bēat aliqd ardozis in capite vge: et vzina est citrina ītēſe citrinitatī tēdētis ad colozē ruffuz abſq̄ ſanie vel petalis ⁊ abſq̄ doloze circa inſtra mingē di niſi q̄ in oſſe vel circa os claudale ſepe ſentit doloꝛez ꝑſertiz in egrādo ⁊ eucnit ſibi. b̄ iā ſunt ſex meſes poſtq̄ itinerādo ⁊ dozmiēdo byeme ꝓterita multotiēs tolerauerat foꝛte frigus. ¶ Et qb̄ꝺz oib̄ elicit q̄ cā buiᵒ difficultatis vzine nō est ardoꝛ vzine. q̄m ceſſāte ardoꝛe remanet difficultas. nec eſt defectꝰ mēbroꝝ ſupra veſicā exiſtiuz: q̄m vzina q̄enit ad veſicā: nec̄ eſt vlcus vel apoſtema i mēbris vzinādi: nec̄ debilitas ſenſitiue vtutis vel aꝑa

Digitized by Google

vicinus faciēs oppilonē attenuatoriā pp carētiā signoꝝ taliū apatū:ꝛ qz satis sentit vrinā qñ est in vesica. Ꝫ3 solus vī debilitas expulsiue pp dispōnē paralyticā in vesica ꝛ debilitatē apiēdi lacertū ꝓstringētē collū vesice. Et qz in boza volūtatis mingēdi cōprimēdo vesicā ꝛ pectē nullū pcipit imamētū:vī qp nō solū sit hic casus reducēdus ad paralysim vesice:ſ3 ad mollificationē3 quā segl plicatio corpis vesice.ꝛ clausio colli:de qua logl Auic.in ca.de dislocatōe vesice.ſ3 nō absoluaꝫ a suspitiōe in origine neruoꝝ circa ossa alchatim deferētiū vtutē motiuā ad vesicā. ¶ Et qz purgaui ipm plurib⁹ vicib⁹ꝛ dedi electuaria in istis casib⁹ 3ueniētia.ꝛ cū hoc missi ipm ad balnea sulfurea:nec habuit nōbile adiutoriū. Judico cā3 cē fortē ꝛ fixā:aut qz plib⁹ mēsib⁹ sterit anteq̄ inciperet curā sicut dī de tortura ozis qp cuꝫ plogaſ sex mēsibus nō recipit curā:aut qz mā est multū ꝓfundata ꝛ adherēs nervis vesice in pozris strictis sicut tinctura est in pāno. Se quar igitur clarissime doctoꝝ mihi frater amātissime ꝛ dabo ꝓsiliuꝫ:tuo tñ grauissimo iudicio moderādum.ꝑcipue in ēgritate tā graduū q̄ pōderū q̄ ēt tēpoꝝ ꝛ numeroꝝ in omni specie regiminis ꝛ vtutis medicinaꝝ:de q̄bus infra loquar:inuocato ꝑus diuino auxilio.

¶ Ut g̃ in regimie sim breuis.dico qp aer sue habitatiōis dꝫ eē calidus ꝛ siccus:ſ3 nō multū excessiue calidus:locatū circa vesicā dꝫ tenē calida:ita qp in estate femoralia sint retro ꝛ ante vſq3 ad vmbilicum:aut saltē supra ossa ilioꝝ:ꝛ si eēnt suffulcita ex pāno de lana eēt melius:ꝛ in hyeme de pelle vulpina.Et caueaꝫ frigus in ſpina ꝛ capite:qz sunt radices neruoꝝ:ꝛ sīr caueatur aer humidus ꝛ habitatio in terreno:ꝛ statio sub radꝫs lune.

¶ Jeiuno stomacho exercitiū est ei cōueniens ꝛ ꝑsertim quo laboꝛēt supioza primo.ꝛ postea exerceat se exercitio ambulādi ꝛ faciat fricari quātitatē palmi pectinis ꝛ ſpine:ꝛ illud qō est inter anum ꝛ virgā fricatione calefaciēte.Sed post cibum nō est multū ei laborādū:imo conetur qp de mane nō solū stomachus:sed intestina ꝛ vesica euacuētur anteq̄ se exerceat ꝛ duret exercitiuꝫ nō multuꝫ forte:ꝛ velox vſq3 ad ꝓncipuū lassitudinis:ꝛ si ingrediaſ stuffam:aut furnum calefactū:aut tinā in fumo decoctionis calamēti:hyssopi:thimi:abzotani:lauri:herbe ine:rosmarini:radicuꝫ vtrice:ꝛ filium herbaꝝ cum quibus ponaſ sulfur:ꝛ alumen bis vel ter in septimana:ieiuno stomacho erit sibi res 3ueniens.

¶ Debet studē qp oī die habeat bñficiuꝫ vētris:ꝛ si aliter nō dꝫ ꝑ uideat sibi cū clisteri.Et 3uenit clistere decoctionis camomille:melliloti:sticados mōtani:ameos:cētauree minoris:thimi:et saltē semel i septimana faciēdū est clistē decoctiōis collogntide vſq3 ad.ʒ.i.ꝓ vice ligate in pāno:ꝛ posite cum p̄dictis rebus.Et in cōi vsu oportet in clisteri ponere olei costini:olei ruthacei:olei vulpini.añ.ʒ.i.terepigre bñdicte.añ.ʒ.ſ.salis quātuꝫ sufficit et saltē semel in septimana eēt ponēdum ieralogodion:aut ieradiacollogntidos.ʒ.ſ.loco ierepigre.

¶ Somnus vo eius sufficit qp sit sex bozaruꝫ in die nālī:ꝛ incipiat saltē duabus bozis post cibuꝫ in camera bona inter duo solaria bñ calida:bñ clausa:capite bñ eleuato:ꝛ corpore bene coopto super altero latere:ꝛ fit in nocte:ꝛ non in die.Et si dormiēdum est in die sit de mane ante tertias.ſ.ieiuno stomacho.

¶ In cibis vtēdū est cibis siccis:dantib⁹ tñ 3ueniēs nutrimētū sibi ꝛ bonū declinātibus ad calidū.ꝛ ideo panis dꝫ eē de bono frumēto bñ fermētat⁹:ꝛ bñ coct⁹.Et dꝫ caueare a pane p mixtionis alioꝝ granoꝝ:ꝑcipue loliꝝ ꝛ qp deficiat in fermētatiōe vel in decoctione.Et carnes meliores ci sunt carnes volatilium.deide carnes capōoꝝ:ꝛ leporū iuuenū damaꝝ ceruoꝝ ꝛ vulpiū si placeret.Tertio carnes bedoꝝ:ꝛ 4.° carnes vituloꝝ lactētium. Et 5.° carnes castratoꝝ annaliuꝫ.Et iter aues bone sunt pdices: fasiani:auicule arboze:turtures:colūbi:pulli. Non ita bone anseres ꝛ anates.Et melioꝛ ꝑparatio est qp sint assi aut frixe in patellis.Oꝛ si sint elixe elixētur cū subtiliatiuis ponēdo aligd de pipe:vel cinnamomo:vel de radice petrosilini:vel berbis calidis:sicut serpillū:ꝛ hyssopus:ꝛ thimus:ꝛ siles:ꝛ tolerātur cum brodio ciceruꝫ rubcoꝝ.

¶ Sāguine ꝛ iterioza:ꝛ capita:ꝛ colla:ꝛ lac:ꝛ caseum:et ostracha:ꝛ granaros:ꝛ anguillas melꝰ est cuitare:ſ3 ouꝫ gallinaꝝ recētia.ſ.vitelli assi vel frixi cuꝫ aliqua ēgritate aromatū.ſ.pipis vel cinnamomi sunt 3ueniētes. ¶ De granis tolerant riçuꝫ:ꝛ milliū:ꝛ panicū:ꝛ brodiū ciceꝝ:ꝛ alia grana dimittant. ¶ De berbis dimittant frigide ꝛ humide sicut lactuca:portulaca:endiuia:spinachia aceto sa:ꝛ siles:sed tolerant borago:buglossa:ꝛ mellissa:ꝛ cōueniūt hyssopus:thimus:calamētū:oziganū:serpillus:pulegiū:mētha sicca:rosmarinus:salutia:abzotanū:absinthiū:ꝛ siles herbe odozifere. ¶ De radicib⁹ vo pastinacha rubea.ſ.carotuꝫ ꝛ pastinacha alba:daucus:ꝛ radix petrosily:ꝛ enula:ſ3 naponces:ꝛ rape dimittant:ꝛ tolerant allia:ꝛ pozri:ꝛ cepe:ꝛ genera eoꝝ ꝑsertim qñ nō timeꝫ vapozatio ad caput:ꝛ sīr raffani.lacozus vo ꝛ cypi 3ueniunt rōne quasi pure medicine. ¶ Lappares ꝛ sparagi 3uenīūt ei rōne salutucu. ¶ De fructibus dimittat humidos:ꝑcipue vuas ꝛ qñ sentiret ardozē dimittet etiā ficus:ſ3 auellane ꝛ nuces tolerātur:ꝛ grana pini sunt cōueniētia ꝛ cōueniunt etiā granata dulcia:ꝛ tolerātur post cibū pira citonia cocta cuꝫ bono vino:ꝛ ꝑdita cū anisō ꝛ aromatib⁹. Sed reliquos humidos fructus dimittat sicut cucurbitam:ꝛ angurias:ꝛ melongenas:ꝛ cucumeres:ꝛ de hoc genere toleratur paucum de melone.Oliue salite etiā sunt vtiles. ¶ De aromatibus pōt recipe secure sicut piper:ꝛ çinçiber:ꝛ cinnamomū:ꝛ gariofilos:ꝛ silia:sed acetum ꝛ acetosa:ꝛ omnia sunt dimittenda.

¶ Potus eius melioꝛ est aqua mellis:aut vinuꝫ rubeum cum aqua mellis temperatum.

¶ Caucat ab vsu venereoꝝ quantum est ei possibile. Et hec de regimine.

Quo ad medicinalia:qz nō purgat⁹ est ex ordine: vidē mihi dꝫ vſq3 ad finē Septēbꝛis oibus gnque diēb⁹ semel capiat.ʒ.i.baꝝ pillaꝝ.℞.pillaꝝ de iera simplici.ʒ.ſ.pipis.ʒ.y.ꝓfice pillas cuꝫ aq̄ salute:sumātur in auroza:ꝛ sunt sine custodia. ¶ Semel aūt in mēse sumat istas pillas.℞.pillaꝝ fetidaꝝ.ℨ.y.pillaꝝ aladal ℨ.i.fiāt pille.vy.cuꝫ aqua maiozane:sumanꝫ duab⁹ boris ante diem cū bona custodia. ¶ In religs aūt diebus qñq3 vtaꝫ masticatorio vel cū sola radice piretri vel cuꝫ mastice:ꝛ q̄rta ꝑte sui de pipe:vel cū mastice:ꝛ cera ꝛ ista pbisagria.añ.ptes eq̄les.vel cū mastice ꝛ cera.añ.ptes.i. nucis muscate:ligni aloes:gallie muscate.añ.ꝑē decimā vnī⁹ stapbisagrie.piretri.añ.ʒ^am ptes vnī⁹:misceat simul ꝛ masticet quātitas castanee per boza ieiuno stōcho.

¶ Qñq3 vo vtaꝫ gargarismate gargariçādo aquā mellis cū semie synapi:aut cū pipe:aut acetū distillatū:aut ierapigra cū aq̄ mellis. ¶ Jtez qñq3 vtaꝫ caputpurgio trayciēdo aquā maiozane:aut succuꝫ blete:aut ponēdo in nare radicē cucumeris asinini recētez. ¶ Et dꝫ in mane in auroza qñ nō sumit pillas sumere ℔ eliuꝫ.℞.diacozi.ʒ.iiy.plirisarcoticon.ʒ.y.misce ꝛ sumat.ʒ.y. vel.iy.ꝓ vice trib⁹ bozis ante cibuꝫ. ¶ Jtē inungaſ ꝛ pecten ꝛ illud qō est iter anuꝫ ꝛ vgā cū dꝫ vngueto.℞.olei de eup bozbio:olei costini:olei vulpini.añ.ʒ.i.pinguedis pulpis:pinguedinis anatis:hyssopi bumide.añ.ʒ.ſ.galbani oppo-

ponacis

Digitized by Google

ponacis armoniaci.añ.ʒ.i.ʒ.cere parum ⁊ fiat vnguentū.
¶ Sʒ post mediū Septēbris purgeť capiēdo būc ſyrupus. ℞. oxymellis ſqllitrici: ſyrupi ō ſticados.añ.ʒ.iiy.aq̄ maiorane: aque ſalnie: aque hyſſopi.añ.ʒ.iy.miſce: ⁊ eſt ſyrup⁹ pro q̄tuor vicib⁹: ſumať calidus in auroza ⁊ ſupdormiat per horā. ¶ Sumpto ſyrupo purgeť cum iſtis pillis. ℞. pillularꝝ de euphorbio. ℈.i.pillaꝝ fetidaꝝ.ʒ.ʃ. fiant pillule gnque cū aq̄ maiorane recipiāt̄ duab⁹ horis ante diē cum diligenti cuſtodia.

¶ Item ēt ante autūnū ⁊ in autūno ſi poſſet vtile eēt vomere ſemel in ſeptimana: aut ſaltē bis in menſe poſt prādium hoc ordine q⁹ in prādio ſumat carnes pingues recētes cū multo ſale: ⁊ ferculum de cepis: aut de porris: ⁊ bibat vinū dulce: ⁊ comedat multuʒ ⁊ feſtināter: ⁊ ſumpto cibo: aut ambulet: aut voluat ſe ſup lectū: ⁊ poſtea bibat ʒ.vi. decoctiōis raffani in aceto ⁊ aq̄ cū.ʒ.i. mellis diſpumati: ⁊ poſtea vomat ergſite ſi nō cū alio ſaltē cū adiutorio pēne ⁊ alioꝝ puocātium.

¶ Itē loco electuarij cū diacoro ſuperius poſiti eſt iſtud valde vtilius. ℞. baccaꝝ lauri ⁊ foliorꝝ eius ſiccorꝝ.añ. ʒ.iiy. caſtorei.ʒ.y. baurach armeni.ʒ.i.ʃ. aggregenť oīa cū oleo de granis pini: ⁊ poſtea diſtēperenť cuʒ melle ⁊ fiat electuarium. doſis eſt.ʒ.i.p⁹o vice. ¶ Item diaciminum cum folys ruthe eſt valde vtile.

¶ De rebus vo ſimplicib⁹ ꝓferēdib⁹ ſunt ſicut oppona cuʒ ſi ſumať de eo.ʒ.ʃ. q̄tuor bozis añ cibū: ⁊ ciminū ſi bibanť.ʒ.y. cū aq̄ mellis ⁊ ſemē agni caſti in ſili q̄ntitate.

¶ Reſaūt ꝓferētes ꝓprietate ſua ſunt teſticuli lepozis cū ſiccanť ⁊ bibunť cū vino odozifero. ⁊ boc plib⁹ vicibus: ⁊ ſilr guttur galli cū adurit̄ ⁊ bibit̄ cuʒ aqua tepida.

